muz dicẽdum q̃ non est in potestate sacerdotis imponere vel nó imponere. ſz tenetur imponere aliquã pñiaz. qz sacerdos oportun vñ clauium fit instrumẽtuz ꝛ minister dei. nullũ aũt instrumẽtuz habet efficacẽ actũ: nisi fm q̃ mouetur ab agẽti principali. ideo dyo⁹. in fine ecclesiastice ierarchie dic. q̃ sacerdotib⁹ vtendũ est virtutibus ierarchicis quomodo diuinitas eos mouerit. in cui⁹ figũ. mat. 16. añ ptãtem petro datã: fit mẽtio de reuelatõe diuinitatis ei facta. q̃si ita clauib⁹ vti deberet: quomodo diuinitas vtendũ uellet ꝛ doceret. et .10h. 20. añ ptãtem datam aplis remittẽdi pctã ꝛ retinendi: qõ est soluere ꝛ ligare ponitur de dono .ſ.ſ. ocesso aplis. qz dr accipite. ſ.i. quoz remiseritis ꝛc. Et tñ spũs scũs est quo mouẽtur homines qui sunt filij dei. ad. ro. 8. Si aũt sacerdos ꝑsumeret abuti ptãte clauiz nolleus iniũgere pñiam aliquaz: peccaret mortalr ꝛ receret a diuino ordine. ꝛ ꝑz hoc vt dicit dyo⁹. nó ꝺsequeretur effectũ. qõ intelligũt quidam .i. ñ remitteretur pena aliqua virtute clauiũ. Et ita sacerdos nó habet arbitriũ ad imponẽdum vl nó imponẽdum pñiam ſz tenetur aliquã pñiam ĩponere. Scõm est circa hoc q̃ est imponere tantaz vel tãtam: aut talem. vel talem pñiam. Et dicẽduz q̃ in hoc solo: est arbitriũ sacerdotis. Pro quo sciendum q̃ antiqui canones statuerũt penas ꝑ singulis pctis. licz nó oio distincte. imposuerũt. n. ꝑ quolibz mortali septẽ annoz pñiam. ſz interdũ maiorez fm grauitatem criminuz. Causa aũt huj⁹ impositionis fuit: qz ecclia videns q̃ fructuosi⁹ hic pena tolleratur: q̃si in futuro cũ hic spõte tolleretur: voluit pctoribus ꝑ pctis: magnaz penã iniũgere. vt moderatiõ agendum ꝑ futuro relinq̃retur. minorem tñ imponere uoluit: quã creueret post vitam esse futurã. qz maiorem ponere superacuum erat. Et ad hoc posuit septẽnez pñiam pro mortali. q̃ tñ potiꝰ poneret septẽnem q̃z maiorem vel minorez: nó fuit causa q̃si ista magis acceueret ad eq̃litatẽ pene que debetur in purgatorio q̃z aliqua alia. ſz fuerũt aliquæ cause figurales vel mistice. Prima fuit ĩ similitudiné marie sororis moysi. que. 7. diebus manſit extra castra. ꝑz pẽtm murmuratõnis. numeri. 12. et. 33. q. 2. c. hoc ipm. Scõa fuit qz danis ad emẽdatiõem pctí adulterij ꝛ homicidij. 7. diez ieiuniũ explemit. eo. c. Tercia est q̃ntuz ad principiũ emẽdandi. qõ ẽ ipse scũs. 10h. 20. cui⁹ sunt. 7. dona. ysay. 11. ideo in reuerẽtiam huius. 7. annis ꝑ quolibz mortali pctõ ieiunatur. Et alie sunt similes cause mistice. hec abuleñ. mat. 16. Ex dictis ꝑz q̃ pñia siue pena ꝛ satisfactio que iniũgitur penitẽti est de natura ꝛ ꝓprietate ipius pñie ꝛ pars sacri pñie. et q̃ nó est in arbitrio sacerdotis eã imponere vl nó imponere penitenti. sed semp tenetur sacerdos imponere aliquã pñiam penitẽti. Sed q̃n tam vel qualez imponere debeat: hoc est in arbitrio sacerdotis. Et accipitur hic arbitriuz ꝑ volũtate róne rlata. ꝛ arbitriũ discreti sacerdotis ad hoc tendere dz: vt ꝺsideret q̃ntũ expedit saluti penitẽtis ĩponi. vt dr extra de peni. ꝛ remi. c. ds qui eccliam. ita q̃ semp imponat pñiam de volũtate penitẽtis ꝛ nunq̃z ꝺ volũtatem eius. ꝛ tñ fm antiquos canones: nunq̃z erat aspiciẽduz ad volũtatem penitẽtis. ſz vbi nó erat diffinituz a iure respiciebatur ꝺdictio delicti ꝛ cetere circũstãtie: vt fm illas videretur q̃ntũ mereretur quisq; sibi imponi. Et ita intelligitur. c. ꝓpria penitudinis. 26. q. 7. cũ ser. c. sequẽtib⁹. nũc nó respicitur ad hoc. idem vbi. s. Vñ dicit scũs. t. in. 4. di. 15. q. 1. ar. 2. q. vlti. Et qz pene satisfactorie infligende: vt medicine sunt. sic medicine in arte determinate nó oĩbus ꝺpetunt: ſz variãde sunt fm arbitriuz medici: nó ꝓpriam volũtatez seq̃ntis sed medicine sciam: ita pene satisfactorie in canone determinate: nó ꝺpetũt oĩbus. ſz variande sunt fm arbitriuz sacerdotis diuino instinctu rlatum. 26. q. 7. de his. Patet ergo ex ꝓdictis q̃ nó est verũ q̃ oẽis pñia est pena canonica. ſz est pena volũtarie iniũcta penitenti a sacerdote qui est executor euangelice legis: ꝛ hz plenariaz executõem in ea in foro spũali ꝛ cõsciẽtie. qõ nulli alteri ꝺcessum est. Et iste q̃ est plenarij⁹ executor legis euãgelice imponit permitẽti pñiam siue satisfactiõem: vt hic facili⁹ ꝛ melij⁹ satisfaciat. ꝑ pena purgatoria ꝑ pctõ dimisso debita. Et sic pctõr decedẽs citi⁹ euolet. ꝛ nullo modo. vel minus in purgatorio punitur ꝛ detineatur. Et sic clare ꝑz: q̃ pñie nó sũt pene canonice. vt ille dicit: ſz sunt pene arbitrarie a sacerdote iniũcte róne supradicta. Et ꝑz hoc plane. qz anteq̃z essent canones pñiales: cõfitebãtur pctores in primitiua eccl̃ia. Et etiã postq̃z canones pñiales editi sunt: nó oĩs pñia iniũgebatur ꝛ rabatur pillos: qz nó erat determinatuz spãliter que pñia iniũgeretur pro quolibz pctõ. ſz erat vna regula gñalis. ſ. pñia septẽnis ꝑ quolibz mortali. ꝛ vbi non erat determinatũ a iure: pñia iniũgenda erat arbitraria. Et adhuc. vt dicit. b. t. in. 4. di. 20. non

est vniuersalr verum: q exigatur pro quolibz mortali pctó septenis pñia. sz hoc est qñ quam regula coïs: vt in plurib⁹ ꝺpetens. qntuz oportet dimittere ꝺfideratis viuentis pctór circunstantiis. hec ille. ꝛ erant aliquæ aliæ regulæ speciales p quibusdaz pctis spálibus. nó tñ erat generalr diffinitú p singulis pctis. ꝛ ita in illis in quib⁹ nó erat spáliter diffinitú: sacerdos iniúgebat p suo arbitrio. Postea vero ecclia euacuauit canones pñiales. ita q nó est necesse pñias taxare fm illos. sz oés pñie arbitrarie sunt. vt colligitur extra. de. peni. et. remi. in. c. quesitú. et in. c. ós. et in. c. officij. Non est ergo verú q oñis pñia sit pena canonica: vt ille dicit.

Capitlm. cxvj. q semp fuerr ī ecclia catholica duo fori distincti. s. ꝺtéciosus ꝛ secret⁹ ꝛ q̃liter distingũtur. ꝛ quid ptinet ad vtrũq;. et q est duplex clauis. ꝛ qñ data est vtraq; ꝛ de exercicio eaꝝ. ꝛ de excellentia fori conscie sup alios.

Q Vod aũt aduciꝫ ad corroborandoz sui dicti. s. q faciliꝰ intelligitur si ponantur pñie nó arbitrarie. ꝛ vnus forus ecclie tñ in quo agi debeat de pctó et non de alijs. fm q fuit in principio nascétis ecclie. hec ille. Nichil facit ad pbatóem sui dicti. nec é verus qđ ꝓsupposuit. s. q aliqñ fuerit vn⁹ forꝰ tñ. qz ab exordio nascétis ecclie ꝛ semp fuerũt isti duo fori distincti ꝛ diuersi. s. forus secretus cóscientie siue pñie. Et forus ꝺtenciosus siue publicus. qz ex natura sua distincti sunt. ꝛ semp sic fuerũt. Et diuersi specie. ꝛ fũt diuersi modi inuocandi ꝛ puniendi in eis. ꝛ vn⁹ nó impedit alterum. nec pena vnius penam alteri⁹. Pro quo ꝺsiderãduz. q sic est duplex ptás ligandi ꝛ soluẽdi: ita est duplex forus. Vnus secretissimus. in quo reus est accusator ꝛ reus. ꝛ ad istũ ptinent claues ordinis. q̃ sunt scia siue auctoritas discernẽdi. ꝛ ptás ligandi ꝛ soluẽdi in foro ꝺscie. Et iste est forus inuicij pñie in quo ptes sunt: ós ꝛ pctór. qui est accusator et reus inter quos est sacerdos: arbiter ꝛ medius. et iste claues ꝺueniunt solis sacerdotib⁹: p quas posunt soluere ꝛ ligare in foro pñie qui vertitur inter deũ ꝛ hoïem ꝛ apud reꝝ; pctī et recóciliare hoïes deo. et ita in foro isto: hó recóciliatur deo. Alius est forus public⁹ qui vertitur inter hoïem ꝛ hoïez. in quo recóciliatur homo hói. ita q ptás ligandi ꝛ soluẽdi in hoc foro: nó ordinatur nec valet directe et imediate ad aptóem regni celestis. sz valeat ex cõsti. ꝛ ideo nó dicitur ꝓprie clauis. qz tñ valz ad hoc ex cõsti inq̃situz. s. ex reformatõe pacis inter hoïes seq̃tur reformatio pacis ad ẽm: potest dici clauis fm quid. nó aũt simplr. et talis clauis est: clauis iurisdictionis. Et sic clauis simplr est clauis ordinis: ita est in solis sacerdotib⁹. Clauis aũt iurisdictionis qz nó sunt clauis simplr sz scom qđ: pñt habere nó sacerdotes. p quas nó habét aliquaz ptátem supra corpus xpi verũ. sz solũ supra corp⁹ xpi misticũ. Preterꝰ aũt forus public⁹ ptinet ad ecclam. que hz auctoritatẽ corrigendi delictũ publicũ. ꝛibi requiritur duplex auctoritas correspóndens duplici pcte. sic ad quodlz inuiciũ rectũ req̃ritur cognitó in causa illa: et sniatio. Et iste auctoritates pertinentes ad forũ publicũ: pñt dici claues modo ꝓdicto. De hac ptáte data ecclie: hétur. mat. .xvj. dicẽte xpo petro. si peccauerit in te frater tu⁹ ꝛ c. et seq̃tur tandez. dic ecclie. si ecclesiam nó audierit: sit tibi sic ethnicus ꝛ publicanus. Et seq̃tur. amen dico ub. quecũq; aligauerits ꝛ c. ex quo seq̃tur q ós aprobat absolutóez ꝛ ligatóem factaz in foro publico. quá qui ꝺtemp nit: hñus é sic ethnicus ꝛ publican⁹ ℣ In hoc foro clauditur ecclia. i. commnio fideliũ p excoïcatóem. ꝛ aperitur p absolutóem ab excoïcatione seu p recóciliatóem. Ex quo pz q iste clanes nó sunt eedem cũ priorib⁹ clauib⁹. qz iste sepantur ab illis. vt pote in hñtibus iurisdictionem sine sacerdocio. ꝛ ecóuerso. sic in coïbus sacerdotib⁹ ꝗbus nó est data ptás excludendi ab ecclia. Excoïcatio aũt maior que simplr é excoïcatio: est exclusio alicui⁹ a coïone fideliũ p pphibitóem. ne coïcet cũ alijs. nec alij cũ eo. ꝛ nó fuerũt date eodez tpe. Et sic claues sue ptátes ñ sunt eedez: ita nec fori. hec abulen. .mat. xj. et in diciũ exterius est qntũ ad homines. iuicij fori ꝺscie est qntuz ad deũ. apud deũ aũt quilibz redditur minor p pctis quodlibet nó peccãte: vel ꝺsiderato vt nó peccás. et ideo in foro ꝺscie efficitur qlibet platus ut est pctór: minor quocũq; sacerdote qui ꝺsideratur ut sacerdos ꝛ nó vt pctór ꝛ p illum iudicatur. ℣ Apud hoïes aũt nó redditur hó per pctm minor quocũq; hoïe nó peccãte qntũcũq; peccauerit. ideo nó subditur platus pctór subditis suis. ꝛ ē causa qz absolutio a pctis nó é necessaria in foro hominũ. sed dei. hec abulen. mat. xlj.

Fuerũt etiaz isti fori in vsu in ecclia primitiua. sz nó ita apte ꝛ vniuersalr sic postea. ꝓpter ecclie pscentóem et turbatóem factã ab infidelibus. q vero fuerit vsus istoꝝ tunc: pz qz ptás

iurisdictõis ꝺtencioſe eſt in excoicando et abſoluẽdo ab excoicatione ⁊ audiẽdo ⁊ diffiniẽdo in cauſis eccliaſticis. ⁊ iubẽdo ⁊ vetãdo gñaliter in oĩbus que ꝺcernũt ſtatũ eccliaſticũ. q̃ntum ad ea que manifeſta ſunt. Poteſtas vero fori ꝺcĩe eſt in abſoluẽdo a pctĩs ⁊ ligando. ⁊ ſemp eccla habuit has duas ptãtes: lz nõ ſemper habuerit libertatez plene ⁊ libere vtẽdi poteſtate ſua ꝓp̃r pſecutõem infidelium. Et iſta ſemp fuerũt in eccla ſm magis ⁊ min⁹ ſm diuerſitatez tp̃oꝝ. Ad cui⁹ euidẽtiam ꝺſideranduz. q̃ ptãs clauis eſt duplex. ſ. ordinis ⁊ iurisdictõnis. Clauis ordinis eſt ptãs p̃ ſacrm ordinis ſacerdotalis collata indelebilẽ caratere infinita ad ꝺficiendũ corp⁹ x̃pi verũ. cui anexa eſt ptãs ligandi ⁊ ſoluẽdi corpus x̃pi miſti cum. Clauis aũt iurisdictiois eſt ptãs data alicui ſm quã reſpicit corp⁹ x̃pi miſticũ modo nõ ſacrali. ptãs ãt iurisdictõis data fuit. mat. 16. aut declaratur iam fuiſſe data. cũ dicatur ibi de ligando et ſoluẽdo: maxime qz illud ligare ⁊ ſoluere de quo ibi dr̃ eſt principaliter extra forum p̃nale. cũ dicatur ſupra de eo qui admonitus p eccliam ceſſare a pctõ nõ ceſſat: q̃ habeatur vt ethnicus ⁊c. Et tñ manifeſtuz eſt q̃ tam denũciatio que fit eccle ꝺ crimine illius: q̃z admonitio eccle: q̃z pene ipoſitio: ſunt extra forũ p̃nialem. qz in manifeſto ſunt. ideo p̃tinent hec ad clauez iurisdictõnis. de qua ꝺuenienter dici põt: q̃ data fuerit ibi. De claue ãt ordinis dicẽdũ q̃ ſub illis verbis includitur. qz lz clauis ordinis. ⁊ caracter ſacerdotalis ſint idem in ſubſtãtia: tñ inq̃ntũ eſt ptãs ꝺficiẽdi. vocatur caracter ⁊ nõ clauis: qz caracter dicit ꝺfiguratõem. ⁊ ſm illã ptãtem: ꝺfiguramur x̃po. qz eſt ptãs ad ꝺficiendũ corp⁹ x̃pi verũ. Clauis aũt ex rõne ſua dicit exercitiũ apiendi ⁊ claudẽdi. qõ exercitiũ eſt ad corp⁹ x̃pi miſti cum. ⁊ ſm illam ptãtem nõ ꝺfiguratur homo x̃po: lz magis ipi ꝓlo ad quẽ eſt. ideo ptãs illa dr̃ clauis: nõ caracter. Non fuit ãt data. mat. 16. clauis ordinis ſiue clauis ſacrãl. ordo q̃ppe ſacrdotal collat⁹ fuit apl̃is die cene. q̃n̄ dixit eis ptãtem ꝺficiẽdi corp⁹ ſuũ. mat. 26. ⁊. luc. 22. ideo tũc data fuit clauis ſacerdotalis ſiue ordinis. hec abuleñ. mat. 16. Ex q̃bus ſatis clare p̃z diuerſitas iſtaꝝ ptãtum ⁊ diſtinctio eaꝝ ab ipa origine ipaꝝ. Item p̃z qz clauis iurisdictõnis cõpetit eccle et gñali ꝺcilio qõ ẽ ecclefia vniuerſalis p repſentatõem. p̃z qz ꝺcilia gñalia excoicant. abſoluũt. ſuſpendũt. iterdicũt ꝺcedũt indulgẽtias. deponũt. cauſas audiunt. diffiniũt. que dia ptinent ad clauez iurisdictõnis. De claue aũt ordinis certũ eſt q̃ nõ ẽ in ꝺcilio vel in eccleſia realr̃. qz iſta clauis ſm eſſentiaz eſt ipe caracter ſacerdotalis. ideo non põt eſſe niſi in eo cui ꝺfertur ordo. ſ. in hoĩe. qz nõ põt ordinari niſi homo. ideo ꝺciliũ q̃ nõ eſt homo. aut eccleſia: nõ habet ordinẽ ſacerdotalem. ⁊ ꝺnter nõ põt ꝺcilium abſoluere aliquez in foro p̃niali. hec ibidez. ergo iſta ſemp fuerũt diſtincta. Conſideranduz q̃ clauis eſt duplex. ſ. ordinis ⁊ iurisdictõnis. ⁊ ab origine vtraq; fuit data a ꝺo eccleſie in mẽbris ſuis miniſteri alib⁹. Et qz nõ depẽdet vna clauis ab altera: ſed ſepe inueniũtur diſiuncte. potuit dari vna vno tp̃e. ⁊ alia alio. Clauis aũt iurisdictionis cẽ detur ſine ordine: põt dari oñi tp̃e. Et ideo potuit dari diſcipulis. mat. 16. vel añ. vel poſt reſurrectõem x̃pi. De claue ordinis dicẽdum. q̃ cũ ipa ſit eſſencialr̃ ipe caracter ſacerdotalis Et nõ datur caracter niſi in ordinatõe ſacerdotali: nõ data fuit apl̃is. mat. 16. lz tunc qñ in cena fecit eos x̃ps ſacerdotes tradens ptãtem cõficiendi. hec idem. vbi. ſ. ergo ſemp fuerũt iſta diſtincta ⁊ nõ vnica ptãs ſiue vnicus forus. vt ille dicit. Pre. patet hoc. qz ptãs ordinis cui cũq; miniſtro datur ĩmediate a x̃po. ideo datur indelebilr̃. ⁊ nõ põt p hoĩem tolli. q̃cũq; tñ aliq̃o datur alicui per hoĩem: põt p hoĩem tolli. Ptãs iurisdictõnis eſt duplex. ſ. iurisdictionis ꝺtencioſe. ⁊ iurisdictõnis fori ꝺſcientie. Prima eſt excoicando ⁊ abſoluẽdo ⁊ audiẽdo ⁊ diffiniendo in cauſis ⁊ iubendo ⁊ vetando in oñibus gñaliter q̃ ꝺcernũt ſtatuz eccliaſticũ. q̃ntuz ad ea que manifeſta ſunt. Ptãs vero fori ꝺſcie eſt in abſoluendo a pctĩs. Nota aũt iurisdictio eccleſiaſtica tam fori ꝺtencioſi q̃z conſcientie venit fundamentalr̃ ex illo verbo. qõ cũq; ſolueris. mat. 16. ⁊ ex illo quodcũq; ſolueritis. mat. 18. et ex illo accipite. ſ. ſ. quoꝝ remiſeritis pctã ⁊c. ioh. 20. ⁊ ex ſimilib⁹. ideo tota eſt originalr̃ a deo. lz eccleſia ad tollendum pturbatõem ⁊ ꝺfuſiõez artauerit cõtencioſaz iurisdictõem diſtinguẽdo ſubditos. ⁊ qz inſtuz eſt potuit illud facere: cũ p̃tineat ad bonuz regimen eccleſie. nõ tñ inſtituit aliquaz ptãtem in foro cõſcie vel ꝺtencioſo. qz iſte poteſtates a x̃po date ſunt: vt dictũ eſt. Falſuz eſt ergo dicere q̃ a principio naſcẽtis eccle fuerit vn⁹ forus tm̃. ymo fuit vterq; ſ. iurisdictõnis ꝺtẽcioſe ⁊ publice. ⁊ fori ꝺſcie ⁊ ſecreti p̃nialis. Cum ſint originalr̃ diſtincti: vt dictuz eſt. Nec ſolum fuerũt iſti duo fori diſtincti: vt dictũ eſt

in primordio ecclesie. ſz etiã fuit vsus vtriusq; distincte. qõ ꝓ qz per aplos celebratuz fuit cõ ciliũ. actu. 14. ubi alique questões circa legalia determinate sunt. qõ ptinebat ad ꝺtencioſam iurisdictõem. ⁊ alibi in multis locis eiusdem li bri manifestũ est. et btũs paul⁹ excoïcauit. qõ est actus ꝺtencioſe iurisdictõnis. sicut patet .1. .chorĩ .4. et .5. thimo. 1. et ad gala. 1. et alibi. ꝙ vero tpe illo esset vsus fori secreti ⁊ pñia lis: nõ est dubiũ. Cũ tũc fideles sanctiores eẽnt ⁊ ma gis feruerẽt in dei amore ⁊ cotidie coïcarent. ad coïonem tũ nemo accedere debet: nisi pri⁹ ꝙ pñiam iustificat⁹. quãuis tũ sci essent et mũ di. tunc fideles vbi erat tanta fidelitaz multitu do ex diuersis gentib⁹ collecta: credibile est ꝙ plures ⁊ pluries peccarẽt. ideo ad pñie sacrm recursuz haberẽt ꝙ remedio querendo. Confi derãduz ꝙ iurisdictio fori ꝺscie est nobilior et excellẽtior oñi alia iurisdictõe in tribus. Pri mo qz illi soli qui ꝑsunt iurisdictõni fori cõscie: sunt executores ⁊ vices ꝙ legem xpi. qõ ma gne dignitatis ẽ. qz lex xpi in ĩmensuz excedit oñs alias leges. Scõo qz illi excedunt alios in latitudine iurisdictõnis. qz oñs alie iurisdic tiones sunt limitate ad certa gña rez. vt delic tor. Forũ aũt ꝺscie ꝺprehẽdit q̃cq̃d cogitari. dici. aut fieri põt. Nam in quolibz istor̃ potest peccari. ⁊ ad q̃libz pctm extẽditur for⁹ iste. Primo qõ plus est: extẽditur ad aliq̃d qõ nec dẽ nec cogitatur. nec fit. ſ. ad delicta omissionis.

Tercio excedit iste forus alios. qz est minus astrict⁹ legi. naz cetere ptates iurisdictõnales: sunt coartate legib⁹. ita ꝙ non ſz iudici facere qõ voluerit. nisi sit talis qui nõ sit subiect⁹ legi bus. in hoc aũt foro põt iudex infligere q̃ntan cũq; penam voluerit iuxta arbitriũ. oẽs náq; pñie arbitrarie sunt. hoc aũt est verũ q̃ntuz ad id qõ venit noïe pene. secus aũt q̃ntuz ad id qõ venit noïe satisfactionis.

Capitulum .cxvij. an penitens possit absol ui ab vno peccato manente alio.

Dicit etiaz prefatus mr̃ in. E. ꝺdone ꝺfessionis. ꝙ sicut excoïcatus maio ri excoïcatione diuersis excoïcationi bus põt absolui ab vna alia manente: ita pote rit absolui ab vno pctõ alio manẽte. 1. ab excomunicatõe lata ex ope alicui⁹ pctĩ. manẽte ex coïcatione lata ex ope alteri⁹ pctĩ. Et ifra. ꝙ põt õleri pctm vnũ: alio manẽte. 1. excoïcatio lata ex ope alicui⁹ pctĩ mortalis. manẽte excomunicatõe lata ex ope alterius. Hec ille. et. ſ. loquens de remissióe venialiuz. dicit ꝙ q̃ntum ad ꝑfectã reconciliatõez fit nõ remittitur vnuz mortale sine alio. ita nec veniale sine oĩ venia li simul et mortali. Sed ista nõ dicẽtur rõna biliter dicta. Pro quo ꝺsideraduz. ꝙ scõm doc tores vnũ mortale nunq̃z remittitur sine alio. ita ꝙ oñia mortalia remittũtur simul. vt oĩa retinẽtur ⁊ manẽt. Est. n. impossibile ꝙ pñiam vnũ pctm sine alio remitti. Primo quidem qz pctm remittitur inq̃ntuz tollitur dei offensa ꝙ gñaz. nullũ. n. pctm remitti põt sine gña: oẽ aũt pctm mortale ꝺtrariatur gñe ⁊ excludit eã. Vñ ipossibile est. ꝙ vnũ pctm mortale sine alio re mittatur. Scõo qz pctm mortale nõ põt sine vera pñia remitti. ad quã ptinet detere pctm inq̃ntũ est ꝺ deũ. qõ q̃dez est cõe oĩbus morta lib⁹. vbi aũt eadem ratio est: ⁊ idem effectus. vñ nõ põt vere penitere: qui de vno pctõ peni tet ⁊ nõ de alio. Si. n. displiceret ei pctm qõ ẽ ꝺ deũ sup oĩa diligẽduz qõ req̃ritur ad rõnem vere pñie: seq̃retur ꝙ de oĩbus pctis peniterz. vñ seq̃tur ꝙ impossibile sit vnuz pctm remitti sine alio. Tercio qz hoc esset ꝺ pfectõez mie dei cui⁹ pfecta fũt opa. de utero no. 32. vñ cui⁹ mifetur: pfecte mifetur. qz ſm augu. in. li. de pñia. quedaz impietas infidelitatis ẽ: ab illo qui iustus. ⁊ iusticia est dimittaz ſpare deniã.

Quarto qz pctã mortalia quãuis nõ sint cõ nexa q̃ntuz ad ꝺuersiõez ad bonũ comutabile: sũt tñ ꝺnexa q̃ntũ ad auersiõez a bono ĩcomu tabili. ĩ q̃ quemlibet oĩa pctã mortalia. ⁊ ex hac pte habent rõnem offense. quam oz per pñiaz tolli. ideo nõ põt vnũ sine alio dimitti. hec. b. t. 3. par. su. q. 86. ar. 3. Et qz pctã nõ habent ꝺnexiones adinuicẽ in aliquo vno: vnũ potest quis incurrere sine alio. ſz vnũ et idem est: ſm ꝙ oĩa pctã remittũtur. Et ideo remissiões ꝺuersoz pctoz ꝺnexe sunt. ⁊ de vno sine alio sa tisfieri nõ põt. Cum. n. ꝑ satisfactõez tolli debe at offensa ꝑcedens: oz ꝙ talis sit mod⁹ satisfac tionis qui ꝺpetat ad tollendam offensam. Of fense aũt ablatio: est amicicie restitutio. ⁊ ido si aliq̃d fit qõ amicicie restitutiõem impediat etiaz apud hoïes: satisfactio esse nõ põt. Cũ er go quodlibz pctm amicitiaz caritatis ꝑdiat que est hoïs ad deũ: impossibile est ꝙ homo de vno pctõ satisfaciat alio retẽto. hec. b. t. in. 4. .di. 14. Item qz pctm mortale nõ põt remit ti sine gñe infusióe. Et gña nõ põt simul stare cũ aliquo pctõ mortali ratióe iam dicta: ideo vnũ mortale nõ põt remitti sine alio. Veniale aũt pctm põt remitti ⁊ tolli sine noue gñe in fusione. ideo non põt remitti vnũ veniale sine

alio. Conſideráduz q ea que nó habent cõne xionẽ adinuicem: vnũ pót auferri ſine altero. ſz que hñt adinuicez ꝺnexionẽ: vnũ nó pót ſine altero auferri. pctã aũt mortalia quãuis non habeãt ꝺnexóem ex pte ꝺuerſioꝭ: habent tñ ꝺnexóem ex pte auerſionis. qz ab vno icomutabili bono auertũt. ꝛ ideo vnũ ſine alio remitti nó pót. cũ remiſſio culpe magis reſpiciat p oppoſitóem auerſióem q̃z ꝺuerſióem. qz culpa remittitur ſm reſtitutóez ad illud a quo culpa ſepanit. venialia aũt nó hñt ꝺuexiones nec q̃ntum ad auerſióem. qz in eis nulla eſt auerſio a fine. ꝛ ſi fit aliquis defect⁹ in actu cor que ex pediũt ad finez. ꝛ ideo pót vnũ veniale ſine alio remitti. hec. b. t. in. 4. ꝺi. 16. de remiſſióe venialiuz. Ex q̃bus plane patz. q vnũ mortale nunq̃z remitti pót ſine alio. Jtez q veniale nó poteſt remitti ſine mortali. Et q vnũ veniale pót remitti ſine alio. ꝛ iſta é ꝺformis ſentẽtia oĩum doctoꝝ. Et ex hiis pz falſitas quorũdaz dictoꝝ in pſato libello de remiſſióe mortaliuz ꝛ venialiuz. Et q pfecta remiſſio nó fit ſine oĩ veniali ſimul ꝛ mortali. ymo pót quis ꝺſequi veraz ꝛ pfectã remiſſióem etiã ſi oĩa venialia nó remittãtur. nec ad hoc oportet rónes adducere. cum ſit ſententia doctoꝝ inꝺubitata.

Capitulum. cxvij. q pctó nõn abſoluitur de pctis oblitis cũ reincidentia. ſed abſolute.

Item dicitur in pſato libello. q pctó abſoluitur de pctis oblitis cuz reincidentia et nó abſolute. ſz hoc nó eſt verum. ymo abſoluitur abſolute ꝛ ſine vlla ꝺitione. qõ pz qz abſolutio ſequitur ꝺtritóez et cõfeſſióem cũ ſit forma ꝛ ꝺpletiuũ ſacrã pñie. vñ illa que abſolute cadũt ſub ꝺtritóe ꝛ ꝺfeſſióe: abſolute cadũt ſub abſolutóe. ſz ꝺtritio oblitorum vere cadit ſub ꝺtritóe. et ꝺfeſſio oblitoꝝ vere includitur ſub ꝺfeſſióe: ergo ꝛ ſimiliter ſub abſolutóe. Dic. u. b. t. in. 4. ꝺi. 17. q de quolibz mortali tenetur hõ ſpãliter ꝺtere. ſi aũt pctm a memoria oĩo excideret: tũc ſufficit gñalis cõtritio de oĩbz eo in quo deũ offendit. ergo pctã in ꝺfeſſióe oblita duz penitẽs faciat qõ in ſe ẽ: vere ꝛ abſolute cadũt ꝛ ꝺtinẽtur ſub abſolutione ſacerdotis. Et iſta eſt vera ſnĩa doctoruz.

Jtem abſolutio ſacerdotis debz eſſe ꝺformis abſolutioni dei cui⁹ miniſter eſt. ſz deus vere ꝛ abſolute abſoluit vere penitẽtem etiã a pctis oblitis: ergo ꝛ ſacerdos. Pre. forma abſoluti onis figcat ſiue demõſtrat effectũ eius in abſoluto. ſz in forma abſolutioꝭ oblitoꝝ nó fit alĩqua diferẽtia in verbis ad aliã abſolutóem de ꝺfeſſis. ergo eodez modo remittũtur. ſ. abſolute ꝛ ſine ꝺditione. Jtez ſi pctã oblita remitterẽtur p abſolutóem ſacerdotis ſub ꝺditóne: illud exprimeretur ĩ forma abſolutioꝭ. vt ei⁹ veritas ꝛ effect⁹ oñderetur. vñ ſicut de ꝺfeſſis dicẽ abſolute. ego te abſoluo: ita de oblitis dicẽret. ego te abſoluo de oblitis cũ tali cõditione ꝛ c. ſz nichil tale dicit: nec facit differẽtiaz ĩ abſoluẽdo de ꝺfeſſis ꝛ de oblitis: ergo eodez modo abſoluit de vtriſq3. ſz de ꝺfeſſis abſoluit abſolute ergo ꝛ de oblitis. tenetur tñ penitẽs ꝺfiteri oblita cũ ad memoriã occurrũt. ſz illã eſt per accñs. Pre. deus req̃rit ab hoĩe id quod pót: nó amplius. Cũ ergo ꝺfiteri pctã oblita ſpãliter nó ſit in ptãte hoĩs. ſz gñaliter tñ: ẽs primũ nó requirit ab hoĩe: ſz ſm. vñ huiuſmodi ꝺfeſſio gñalis cũ ꝺtritóne gñali tollit pctã oblita. hec petr⁹ de taran. in. 4. ꝺi. 20. Pre. ꝺditio inducit dubiũ ꝛ tps. ergo videretur ẽ opus ꝛ dubietati ꝛ tẽporalitati ſubiacere. qõ eſt incõueniẽs: cũ dei opa ſint pfecta. de vtero. 32. ergo abſolutio pctoꝝ oblitoꝝ nó eſt ꝺdicionalis: cũ ſit opus dei. Jtem ſi pctóz abſolueretur de pctis oblitis ſub ꝺditóe: nó eſſz certe ꝛ vere abſolut⁹. qz qõ ſit ſub ꝺditóe nó eſt certum. ꝛ tñ penitens certe ꝛ vere abſoluitur de oblitis. qz ſi ſic moriatur: vere penitẽs reputabitur. ꝛ etiaz ſi vivat ꝛ oblita nó occurrant ei ad memoriaz de nouo. ergo ſequitur q vere et certe abſolut⁹ erat primo. Jtem vt dicit albertus magn⁹. dñs nó abſoluit ſub ꝺditóe: ſz ſim placitum. qz in ꝺtritóe votũ ꝺiunctũ eſt ꝺfeſſioni. ꝛ ſine illo nó eſſz ꝺtritio. pp̃z hoc tenetur ad ꝺfeſſióem. qz votũ ꝺiunctũ eſt abſolutóni. qz in ope dei ſm q dei eſt: nulla ꝺditio eſt. nec tẽporalitas. ſz neceſſitas ill⁹ obligatioꝭ eſt ex voto ꝺfitendi ꝛ ſatiſfaciẽdi ad arbitriuz miniſtri eccl̃ie. ſine quo nó pót eẽ vera ꝺtritio. Eſt aũt vtile nob̃ aſtringi talib⁹ votis pp̃z erubeſcentiaz ꝛ expiatóem. que nó tñ valent ad expiatóem ptetitoꝝ: ſed etiaz ad cautellaz futuroꝝ. ꝛ quecũq3 ſunt nob̃ magis vtilia: hec ordinat ds in ſacris. hec albert⁹ magn⁹. in. 4. ꝺi. 15. Jtez dicit. b. t. in. 4. ſen. ꝺi. 17. in expoſitione lr̃e. q pctm nó dimittitur ſub ꝺditione. qz ſtat⁹ ſalutis nó depẽdet ex futuro. qz vt dr̃ eccl̃. 12. vbi ceciderit lignuz ibi erit. vñ nichil eſt dictũ q homo ad ſtatũ ſalutis p dimiſſióez pctí reducatur ſub ꝺditóe. hec. b. t. Confeſſio .n. gñalis ſacr̃alis valet ad remiſſióem morta

lium oblitoꝝ. qz ex quo pctór facit qđ pót con fitẽdo. ſ. in ſpãli de ſcitis ℔ in gñali de alijs: ab ſoluto ſequẽs ab omnibus abſoluit. ſi poeſſit con tritio. ſz rõne ſpãlis ↄfeſſioĩs a ↄfeſſis. ab obli tis rõne gñalis. Item valet ad remiſſiõem pe ne pctĩ tã ſciti q̃z obliti. hec petr⁹ ď paludę. in .4. di. 17. Sicut .n. ↄtritio gñalis ex quo fa cit qđ in ſe eſt ſufficit ad delenda oblita morta lia quo ad culpam: ſic et ↄfeſſio gñalis ſufficit ad delendũ ad min⁹ in ꝑte illa quo ad penã eis debitã ℞c. Si tñ poſtea occurrat ei quãuis pri us dimiſſuz ſibi fuerit: tenetur tũc in ſpãli ↄte ri ℞ ↄfiteri. nõ ꝓp̃z nouã eius remiſſiõem ſed ꝓp̃z ꝑcepti diuini impletõem. quo ꝑcipitur de quolibz mortali ſpãlis ↄtritio ℞ ↄfeſſio ℞ ſatiſ factio. ſic etiã ſcificati in vtero tenẽtur ad bap tiſmũ. nõ ꝓp̃z culpaz quã habeant ex quo iam ſunt ſcificati: ſz ꝓp̃z ꝑceptũ gñale baptiſmale. Et ĩ ↄfeſſiõe ſacrali nõ ſolũ req̃ritur abſolutõ: ſz etiã expectatur iudiciũ ſacerdotis ſatiſfacti onez imponẽtis. ℞ ideo quãuis iſte primo abſo lutus fuerit: tñ poſtea tenetur ↄfiteri ut ſuple atur qđ defuit ſacrali cõfeſſioni. Cum ↄfeſſio ℞ ſatiſfactio cadãt ſub ꝑcepto. hec durãdus. in .4. di. 21. Et petr⁹ de palude dicit. q̃ confeſ ſio gñalis valet ad dimiſſiõem culpe mortalis oblite. qũ homo diſcutit ↄſciam ſuã ut debuit. tunc .n. virtute ↄfeſſioĩs ſpãlis dimittũtur dic ta ℞ ſcita: virtute gñalis oblita. ſz tunc oportz q̃ ſit ſacrãlis. qz per nõ ſacrãlez nõ dimittitur culpa mortalis etiã oblita. delet ergo culpam mortalez oblitã ſi atritõ p̃ceſſit qz vt clamũ mutatur atritõ in ↄtritõez p̃ quã dimittitur culpa mortalis ſpãliter ↄfeſſa. ℞ p̃ ꝑnis mor talis oblita. Cũ remiſſio mortaliũ ſit onera. ℞ hoc eſt in gñali ↄfeſſione. qz materia abſolu tionis nõ ſũt niſi pctã cõfeſſa in ſpãli vel in ge nerali. Hec petrus. in .4. di. 21. et idem dicit .23. di. q̃ effect⁹ principlr intẽtus nõ ponitur ſub ↄntrõne in ſacro. ſz effect⁹ principalr intẽ tus in ſacro pñie eſt abſolutio pctór: ergo nõ ponitur ſub contrõe ſz abſolute. Et .b.t. in .3. pte. q. 87. ar. 1. dic. q̃ ad remiſſiõez venialĩ um ℞ mortaliz oblitoꝝ ſufficit virtualis diſ plicẽtia. ℞ infra. Si cauſa abſolute ponatur ℞ effectus ponitur abſolute. ſi ergo nõ fieret ab ſolute pctór remiſſio: ſz cũ q̃dam contrõne in futurũ dependente: ſeq̃retur q̃ ſacrm gr̃e nõ eẽt ſufficiens cauſa remiſſionis peccatoꝝ.

Capitulum .cxix. an penitens ſit abſolvẽd⁹ añ peractã pñiam p̃ ſacerdotẽ ſibi iniũctam.

Jſcit etiaz p̃fatus mr̃ vbi ſupra. ↄdi
v tione .16. q̃ penitẽtes ſunt abſolvẽdi
pacta prius pñia eis iniũcta et non ante. qz ſicut in ceteris rebus materia p̃cedit formaz: ita in ſacro pñie. cõtritio. cõfeſſio. et ſatiſfactio. que ſe hñt vt materia p̃cedũt abſo lutiõem ſacerdotis que ſe hz vt forma. hec ibi.

Sed hoc nõ ẽ verũ. et ad hui⁹ falſitatis oſten ſionez ſatis ſufficit cois cõſuetudo eccl'ie vbiq; ℞ ſemp obſuata: que p lege hñda eſt. vt dic̃. b. aug⁹. ℞ habetur in decretis. xi. di. c. in his. ẽ tñ vbiq; coĩter cõſuetuz q̃ penitens cõfeſſus pctã ſua ſacerdoti: ſtatiz abſoluitur iniũcta ſibi pe nitẽtia poſtea pagenda ℞ cõplenda. abſurduz tñ eſt dicere: q̃ tota eccl'ia in hoc erraret et er raſſet ꝑteritis tꝑoribus. Et p̃tc. pz hoc ex canonib⁹ p̃nialibus. nam antiq̃tus p quolibz mortali rlariter iniũgebatur ſeptẽnis p̃nia et ampli⁹ ſm grauitatez pctór. ſi igitur aliquis comiſiſſet plura mortalia ℞ cõfiteretur: mul ta tp̃a trãſirent añq̃z abſolueretur. Item ſi interim committeret aliq̃ pẽtm mortale. ſ. plu ra ſic eſt verſimile ſm fragilitatez humanã: oporteret etiaz q̃ ↄfiteretur ℞ iterꝝ p̃niam cõ pleret anteq̃z abſolueretur. et p̃ſertz cũ ſeõm eũ p̃nia facta poſt recidiuũ nõ ſit ſatiſfatoria. Vñ forſas multi ymo plimi nunq̃z poſſent ab ſolui in tota vita ſua vſq; ad articulũ mortis. qđ magnũ inconueniẽs eẽt. ℞ cã mltoꝝ malorꝝ q̃ inducerẽt hoĩes pctóres in deſperatõem. Et plima inconuenientia ſeq̃rentur. ℞ lex cõfeſſionis et lex x̃pi que illaz inbet: eſſet valde oneroſa. Vñ qđ inſtitutũ eſt in remediũ. ℑ pẽtm et ad ſalutez aiaꝝ: vergeret in ℑriuz ℞ in ſcandalũ ℞ piculuz ℞ detrimentũ ℞ penam aiaꝝ. ℞ tol lerentur multa bona ℞ ſalubria aiaꝝ. vt q̃ hõ pctór cõtinuo tedio afficeretur. ℞ q̃ nõ poſſz ad coĩonem frequẽter accedere. ymo forte nec in tota vita ſua. qđ tñ ſaluberrimũ eſt aie. ℞ a co munione remoueri: eſt maxia penaꝝ. vt dicit ſcũs doctor .i. 4. ſen. di. 9. et alia innumera ma la ſeq̃rentur. vñ lex x̃pi que eſt lex amoris et ſuauis ex hoc efficeretur grauiſſima ℞ oneroſa valde. Pre. abſolutio ſacerdotis dz reſpõde re abſolutioni dei. ℞ cõformari cũ ea. qz ut dic albertus magn⁹. in .4. ſen. di. 14. eadez eſt ſnia ſacerdotis ℞ ſnia iudicis. ſ. dei. ſz ds de cõtritũ ℞ ſacerdoti cõfeſſuz abſoluit: pẽtm ſibi remit tendo. ℞ interdum ad penam tꝑoralez ꝓſequen dam obligatuz relinquẽdo. ergo ℞ ſacerdos dz dere cõtritũ ℞ ſibi cõfeſſum abſoluere: ℞ p̃niaz ſalutarez ſibi iniũgere. Pre. cum pẽtm vere

remittatur per ꝺ tritõem ⁊ cõfessiõem cum ꝓ posito satisfaciẽꝺi ad arbitriũ sacerdotis: nulla causa vel rõ videtur ꝓhibere: q̃n sic penitẽs absoluatur a sacerdote. vt ille dicit. Itez cũ sci ⁊ doctores de his q̃ sũt necessaria ⁊ ꝺuenié tia ad salutẽ aĩaꝝ ꝓlima scripʒint ⁊ tetigerit ea que sunt necessaria ⁊ vtilia ⁊ ꝑiculosa salu ti aĩe: ⁊ plimos casus ⁊ q̃stões de his fecerint ⁊ apuerint: si hoc qõ ille dicit esset necessariuz ad remissiõem pctõꝝ ꝺ ñoam. qõ tñ est similr necessariũ ad salutẽ aĩe: fecissent mentõem de hoc. nec est credibile q̃ rem taꝫ ꝑiculosaz null⁹ tetigisset: aut circa eam dubitasset. Videmus tñ q̃ doctores ⁊ sci de hoc nõ dubitauerũt: nec aliq̃d circa hoc scripserũt. cum tñ valde multa de ꝓnia ⁊ de his que ad eaz ꝓtinẽt scripserint.

Item q̃ ꝑicta positio sit falsa: ꝑ auctoritate doctoꝝ. Primo expresse asserẽtiuz. vñ. b.t. in tractatu de instructõne sacerdotũ. c. de ꝓnia. oñens ꝺ fessorib⁹ modũ audiendi ꝺ fessiones ⁊ absoluẽꝺi ꝺ fitentes dicit. q̃ q̃ñ sacerdos audit ꝺ fessiõem pctõꝝ iniũgat eis ꝓniam saluta rem. deinde faciat ꝺ fessiõem solitam. Primo deo oĩpotenti ⁊ b̃. finita ꝺ fessione: dicat sacerdos misereatur tui ⁊ b̃. indulgẽtiam ⁊ b̃. et absoluat ip̃m a pctis ⁊ ab excoicatione restituens ip̃m eccle sacris. et idem pót colligi in sua ex dictis eius in plibus locis in. 4. sen. Et. ioh. in sũma ꝺ fessoꝝ dicit. q̃ post ꝺ fessiõez ꝺ tritipctõris: clariter debz subsequi absolutio sacerdotis. et alibi in eodem. li. dicit. q̃ sufficit q̃ penitens dicat se habere ꝓpositũ faciendi qõ sibi iniũgitur ⁊ sic debet absolui simplr et fine. ꝺ tritione. Et. b.t. in. 4. di. 16. q. 1. ar. 2. dic̃ q̃ ꝓnia culpe ꝑcedentis offensaz abolet ꝑ moduz recõ pensatõnis que tribus gradibus ꝑficitur. Primus est displicentia culpe ꝑterite. Scõs est ut culpam suã notificet deo ꝑ sacerdotez. Tercꝰ est ut recõpenset ꝑ arbitriũ sacerdotis. ⁊ q̃ntũ ad hoc est satisfactio. et. ſ. dicit. q̃ ad ministerium sacerdotis ptinet tpoꝝ actuũ penitẽtis cõsumatio fm absolutõem ⁊ pene iniũctõem. qõ est q̃si quedam scificatio. et. ſ. q̃ ex ꝓposito satisfaciendi: gra ꝺ fertur quãuis satisfactio actualis gram ꝑsupponit. ⁊ q̃ ꝑ satisfactõem ꝺsequitur penitẽs ꝑfectũ esse gre pctm abolẽtis: qz liberatur totalr a reatu pctĩ. ⁊ q̃ vltimũ in quo ꝺ sumatur res: vñ finis rei. sic forma habz rõnem finis. ⁊ qz satisfactio est vltima pars in qua ꝓnia ꝺ sumatur. ⁊ ideo dr fructꝰ. qõ in rationez finis sonat. hec. b.t. et. ſ. et qz satisfactio est vltima pars: totũ sacrm a pena denotatur sicut res denotatur ab vltimo fine. In quibus manifeste innuit q̃ absolutõ sacerdotis precedit ꝓnie expletõem. ⁊ q̃ impletio ꝓnie iniũcte est vltimũ in sacro ꝓnie. Pre. patet hoc expresse ex dictis ⁊ ꝓnia cõi oĩum doctoꝝ recẽtium: q̃ penitens tenetur adimplere ꝓniam a sacerdote sibi iniũctam. alꝫ peccaret mortalr: nisi impotẽtia eum excusaret. ex quo apparet manifeste q̃ isti ꝓponũt q̃ penitẽtes pñt ⁊ debent absolui ꝺ fessiõe pctõꝝ facta ⁊ ꝓnia a sacerdote sibi iniũcta. ⁊ post absolutõem: tenẽtur in iũctam ꝓniaz implere ⁊ ꝑficere. ⁊ ista est sentẽtia oĩum scribẽtiuz. Quod vero ipe obicit q̃ sic in ceteris rebus materia p̃cedit formaz: ita in ꝺ fessione. ꝺ tritio. ꝺ fessio. ⁊ satisfactio. que se hñt vt materia p̃cedunt absolutõem sacerdotis. q̃ se habet ut forma: soluitur ꝑ dicta. b.t. in. 4. di. 16. q. 1. vbi dicit. q̃ in partib⁹ succcessiuoꝝ: ex qualibz ꝑte pót ꝺ cludi totũ sicut hora tercia. est ergo dies. nõ tñ totũ ẽ una ꝑte ꝓdicatur. ⁊ sic etiaz de q̃libet ꝑte ꝓnie: ꝓnia cõcluditur. eo q̃ ꝓnia non habet totũ esse simul. idem in. 3. ꝑte. q. vlti. dicit q̃ ꝺ tritio fm q̃ ẽ in corde: ptinet ad interiorez ꝓniam. virtualr ãt ptinet ad ꝓniam exteriorẽ inq̃ntũ. ſ. implicat ꝓpositũ ꝺ fitẽꝺi ⁊ satisfaciẽꝺi. et i. ar. 3c. dic̃. q̃ fundamẽtũ quodãmodo virtute ꝺ tinz totũ hẽ vificiũ. ⁊ hoc modo ꝺ tritio ꝺ tinz virtute totã ꝓniam. Dupliciter. n. accipitur satisfactio. ſ. ꝓ actuali solutõe ⁊ ꝓpposito satisfaciẽꝺi. Primo modo nõ req̃ritur etiaz in pctõ mortali. Cum fine illa possit esse sal⁹. qõ ꝑ qz in purgatorio fit satisfactio ꝑ pctõ mortali si hic ñ fuit expleta. De ꝓposito satisfaciendi. dicẽduz q̃ in pctis mortalib⁹ req̃ritur. nam nullus mortale remittitur fine actuali ꝺ tritione. ⁊ tñ in ꝺ tritõne includitur virtualr ꝓpositus ꝺ fitendi et satisfaciendi. hec abuleñ. mat. 12. et sic votũ satisfaciendi. satisfactio invocatur. qz votũ ꝑ opatõe invocatur. vt dicit cassio⁹. ⁊ mr in. 4. di. 17. et. b.t. dicit q̃ illud intelligẽduz est tam in bonis q̃z in malis: q̃n est votũ plenũ. ita q̃ nichil ab executõe retardat nisi impotẽtia. Ex quib⁹ ꝑz q̃ liz ꝺ tritio. ꝺ fessio. ⁊ satisfactio. sint ptes materiales ⁊ integrales ꝓnie: nõ oportet q̃ oẽs simul ꝺcurrant in actu. sed q̃ aliqua: vel aliqui illaꝝ ꝺcurrant in actu: alia. vl alie in virtute. vñ q̃q; ꝺcurrit. una sola in actu. ſ. ꝺ tritio. et alie due ĩ ꝓposito. q̃q; vero sunt due ꝑicte partiũ simul in actu. ſ. ꝺ tritio ⁊ ꝺ fessio. Et alia. ſ. satisfactio in virtute in ꝓposito ⁊ in voto cõfitentis. Et ita dicũtur tres ꝑicte ptes que se

habent vt materia cõfessionis p̃cedere absolu tionem que se habet ut forma. Et ista est sua oĩum doctor. Et hoc modo penitens censetur satisfecisse ad arbitriuz sacerdotis. qz suscepit pñiam a sacerdote sibi iniũctam cum ꝓposito adimplẽdi. Et ita ꝯcurrũt oĩs tres predicte ptes simul ꝛ seq̃tur absolutio. Et ista satisfac tio put ẽ in ꝓposito opatur ad remissiõem pec cati ꝛ ꝯfert gr̃am. vt dicit. b.t. vbi. s. et in. 3. p te. q. 90. ar. 2. dicit q satisfactio ꝯfert gr̃az p ut est in ꝓposito ꝛ auget eam put est in execu tione. sicut baptism⁹ in adultis. Et petr⁹ de taran. dicit in. 4. di. 16. ꝑble. primo. q ad per fectũ esse sacr̃i pñie req̃rũtur hec tria vel ut p tes. vel in se. vel saltez in ꝓposito. et ibidem. ĵ. dicit. q gratie collatõem p̃cedit: vt causa pre patiua satisfactio ꝓfita. Iz nõ i actu. Ite antiphonozeñ. dicit. q nõ est verũ q tm̃ eiusdem virtutis sunt velle satisfacere ꝛ satisfacere. sed ĩ spũalib⁹ actib⁹ verũ ẽ. qz velle credere ꝛ crede re tm̃: eiusdez virtutis sũt. Iz ĩ gn̄alib⁹ nõ ẽ ve rũ. ex q⁹ p3 q ꝓpositũ satisfaciẽdi ad arbitriũ sacerdotis: reputatur in penitẽte satisfactio.

Item posset solui p̃dicta obiectio ꝑ distincti onez. qz satisfactio ẽ duplex. Una que ꝯcoĩta tur i p̃am ꝯfessiõem. s. erubescẽtia ꝛ alij labo res ꝯfitẽtis. ꝛ ista semp p̃cedit absolutiõem sa cerdotis. Alia est que p̃cedit in intentiõe ꝛ sub sequitur in ope: ꝛ illa est quã iniũgit sacerdos.

Item falsitas p̃dicte positionis p3 ex sua doc tor. qui ꝑformiter dicit. q qñ penitẽs totaliter oblitus est pñiam sibi a sacerdote iniũctaz añ q3 eam adimpleret: tenetur pctã prius ꝯfessa uerus ꝯfiteri. in quo manifeste innuit q peni tens post absolutiõem debz pñiam iniũctaz im plere. Item hoc manifeste colligitur ex dic tis doctor. qui de iniũctõe pñie loquẽtes dñt: q sacerdos debet discrete attẽdere circa peni tẽtem: vt imponat sibi pñiam quã credit nelle ꝛ posse adimplere ꝛ nõ aliaz ne fit sibi occasio peccãdi nõ adimplẽdo pñiam sibi iniũctam. Et petr⁹ de palude dic̃. in. 4. 17. di. q pña dz iniũgi per modũ p̃cepti. bonũ etiã est q impo natur ꝑ modũ ꝯsilij. sic q impositio rõne p̃cep ti habeat meritũ obedientie. ꝛ ꝯsiliuz euitet pi culuz culpe. ꝛ oĩs ꝯcordant in hoc. ꝛ oĩs di cũt q pña debet iniũgi penitẽti de volũtate ipius penitentis. Ex quo manifeste colligitur q volunt q penitens postq3 absolut⁹ est: debz pñiam iniũctaz adimplere. alꝯ nõ dicerent q sacerdos fit caut⁹ ne iniũgat talez pñiam quã penitens nõ suscipiat vl postea nõ adimpleat. qz si prius debet pñiam pagere q3 absolui: nõ absoluet eũ sacerdos nisi pacta pri⁹ pñia iniũc ta. Patet etiaz hoc clarius. qz dicũt q si post nõ impleuerit pñiam iniũctam: peccabit mo taliter. semp ergo ꝯcurrũt predicte tres ptes pñie simul in actu. vel in ꝓposito. vl alique vl aliqua in actu. alia vel alie in ꝓposito. et hoc sufficit ad hoc q seq̃tur absolutio. Similis mo dus loquẽdi est cũ dic̃ ambrosi⁹. q penitere est p̃terita mala plangere: ꝛ item plangẽda nõ co mittere. s. ꝓposito. vt. s. dum penitet habeat ꝓ positũ nõ peccãdi postea. ꝛ talis dr vere peni tens etiaz si postea peccet. ꝛ ita est de satisfacti one. qz si pctor dum ꝯfitetur habet ꝓpositũ sa tisfaciẽdi: censetur satisfactõem implere. ideo pót ꝛ debet absolui. ymo si pctor vere doleret de pctis comissis: ꝛ ꝯfiteretur ꝛ nollet p̃iam a sacerdote iniũctaz suscipe: Iz pena sibi debita ꝓ pctis ꝓ alio sectio refugari soluẽdaz: sacerdos posset ꝛ deberet eũ absoluere. vt dicit scotus. Mit. n. qõ illi imponẽdus ẽ ꝯfitẽti qõ libenti⁹ recipit. ꝛ qõ creditur pseueranti⁹ adimplere. vel si oĩo nullaz vellet p̃iam recipe a sacerdo te impositaz. dicit tũ se habere displicẽtiam de pctõ comisso ꝛ firmũ ꝓposituz nõ recidiuãdi: absolubilis est. ꝛ nõ est remittẽdus ne cadat in desperatiõem. ꝛ nũcianda est sibi pena que esset ꝓ pctis facienda ꝛ imponẽda ꝛ q eaz in se vl in equalenti absq3 impositõe studeat adimple re. alioq̃n soluet ad plenuz in purgatorio. hec ille. in. 4. sen. di. 14. Et item. di. 17. declarãs illud p̃ceptũ ecclie de ꝯfessiõe. s. oĩs vtriusq3 sexus. dicit q nõ oportet penitẽtez velle penã vel p̃iam suscipe a sacerdote. qz ꝛ ñ nullã sibi oblataz a sacerdote vellet recipe: tũ duas vel tres nouitates vel additiones haberet ꝓpositas. s. con tritiõem ꝛ ꝯfessiõem ꝛ ꝓpositũ recipiendi pe nam infligẽdaz sibi a deo hic vl in purgatorio: talis iniq⁹ citi⁹ esset absolubilis: q3 repellen dus. ꝛ idem in eadez. di. dicit. si quis accedit cũ displicẽtia pcti commissi ꝛ cũ ꝓposito abstinen di a pctõ ꝛ obediẽdi eccl̃ie: est absoluend⁹. ꝛ dz habere ꝓpositũ obediẽdi ꝯfessori in adimplẽ do sibi iniũcta. hec scotus. et eãdem sniam po nit item. di. 19. et. di. 17. dicit ille q vere est ab solutus a pctis oĩbus: penam exteriorez sibi impositaz: pót solvere in caritate. vel in pctõ mortali. vbi manifeste ondit q post absolutio nez ꝛ nõ añ: debz penitẽs ꝯplere p̃iam iniũc tam. Item patet hoc plane ꝑ ocliũ gn̄ale. in. c. oĩs. de. peni. et. remi. Vbi datur forma administratõi huius sacr̃i. ꝛ tũ ibi ꝑmittitur

absolutio et receptio eucharistie ad impletoēz satisfactionis iniūcte. vt patz in ordine lē. nec obstat necessitas coīonis in pascha. cū ter. non inducat hanc necessitatē. qz ex causa pōt dispē sari: vt tenet inocen. in. c. i. ex teno. de tporibus ordi. ad idez. in. c. i. de. peni. di. 4. Et anthoni⁹ de but. in pōcto. c. oīis. dicit q; si pctōr nō fit ita patus. s. recipe pīiam sibi iniūgendaz. ni chilomin⁹ imponat sacerdos pīiam quācūqz leuissimaz ꝛ iniūgat q; oīa bona que tollera bit. pp̄r deū sint ei in pīiaꝫ pficiant ad salutē. ꝛ absoluat eū ꝛc. Inducit aūt pfatus mr̄ p fundamēto dicti sui auctoritatez leonis dicen tis. Xp̄s hanc pōfitis eccle tradidit ptātez. vt ɔfitētib⁹ pīie satisfactōez darent ꝛ eosdez salubri satisfactōe purgatos ad coīonez sacra mētoꝝ p ianuam recōciliatioīs admitterent.

Sed ex ista auctoritate nō infertur q; peni tens nō debet absolui a sacerdote: nisi peracta pri⁹ pīia iniūcta: vt ille asserit. nec lra btī leo nis hec innuere videtur. sz solū oīdere: q; nō so luz remittūtur nob pctā per baptismū: sz etiā per sacm̄ pīie. si post baptismū ceciderimus. oīs q; multiplex mia dei sic habūdāter puidit humane fragilitati: q; etiaz si post baptismi sa crāmētuz ꝛ regnationem lapsa p pctm̄ grām poiderit: per pīie sacm̄ illaz recupare possit. ꝛ q; iste sit intellect⁹ lre illius: pz ex eodem. di cit. n. leo multiplex mia dei. ita lapsib⁹ huma nis subuenit: vt nō modo p baptismū. sz etiam per pīiam spes vite repetur. sic diuine volun tatis pīidis ordinatis: vt invulgētiaz dei nisi suplicatōnib⁹ sacerdotuz neq;ant obtinere. xp̄s .n. hanc pōfitis ecclie tradidit ptātem vt ɔfi tentib⁹ pīie satisfactōem darent ꝛ eosdem sa lubri satisfactōe purgatos: ad coīonez sacroꝝ p ianuam recōciliatōnis admitterent. hec leo. In quib⁹ verbis apte ostendit: q; pctōr lapsus post baptismū possit repari ꝛ vitam gr̄e recu perare p sacm̄ pīie. qō pficitur p ministeriū sacerdotum. Nū suplicatio dr̄ hic suplex ꝛ de uotū ministeriū sacerdotū i foro pīie. ut expo nit mr̄ hubert⁹. Et q; iste sit intellect⁹ lre patz per mr̄m. sen. di. 17. 4. vbi inducit istaz aucto ritatez cū aliis: ad pbandum q; ad remissiōem pctī nō sufficit soli ɔo ɔfiteri qō sit in ɔtritōe. sz etiam requritur exterior ɔfessio que sit sacer voti ꝛ satisfactio ad arbitrium sacerdotis. als imptinenter allegaret mr̄ istaz auctoritatem. ymo non faceret ad suum propositum. vt ibi plane pz. Et. prete. esto q; auctoritas pōcta intelligeretur sicut ille doctor vult. i. q; illa tria .s. ɔtritiō. ɔfessio. ꝛ satisfactio. pcedant absolutōem sacerdotis. qō nō est verū: esset facilli ma solutio. s. q; illa tria debent pcedere absolu tionez. nō semp in actu: sz in ppōsito ꝛ i voto. vnde est ordo inter pōcta: q; aliqn̄ pcedit una illaz solū i actu. s. ɔtritio ꝛ alie due. s. ɔfessio et satisfactio in voto. aliqn̄ vero pcedunt due tm̄ in actu. s. ɔtritio ꝛ ɔfessio. alia vero. s. satis factio in virtute in ppōsito ɔfitētis. ꝛ hoc suf ficit. ꝛ ita semp pcedunt pōcta tria absolutio nem sacerdotis in virtute. qz virtualr̄ una ī clu ditur in alia. et nō oz q; i actu pcedant. ꝛ iſtud est verum. ꝛ est ista doctoꝝ. unde albertus ma gn⁹. in. 4. sen. di. 16. dicit. Non tota pīia est in ɔtritione. nec tota in ɔfessiōe. nec tota in satis factōe: sz in oibus simul. ꝛ ista tria sunt partes pīie. ꝛ oīs simul oportet in ipa. ꝛ etiaz suc cessiue. oīs q; idem simul. ſm q; una est in actu. ꝛ due vel una in voto. sicut cū ɔtritio est in ac tu. ɔfessio aūt ꝛ satisfactio in voto. ꝛ cū ɔfes sio est in actu virtus ɔtritōis est in ipa ꝛ sa tisfactio est in voto. ꝛ cū satisfactio est in actu: vis ɔfessionis est ī ea. ſm q; est iniūcta. p pctīs. ꝛ vis ɔtritōis p doloreꝫ ꝛ pctī detestatōem. ꝛ sic nunqz una sepatur ab altera: ꝛ una sepa tur ab alia. ꝛ hec nō hñt repugnātiaz. ꝛ satis factio semp reqritur admin⁹ in voto ꝛ lamen to interiori. qz latisfactōnis mod⁹ ē multiplex. .s. per penā interiorez ꝛ exteriorē. ſm etiaz q; aliqd adiūctuz ɔfessioni reducitur ad ɔfessio nem. sic erubescētia ꝛ lamentū ɔtritōnis. hoc modo etiā est satisfactio quedaz. Dēs iste tres ptes pīie ɔiunctiz opantur. Ꝺ pctm̄. sz non oz q; oīs assint in actu. sz sufficit duas vel unam esse in ppōsito. ꝛ aliam vel alias esse in actu. hec oīa albertus. Non est ergo verū q; pīia in iūcta a sacerdote pri⁹ debet actualr̄ peragi et ɔpleri: q̄z penitens absoluatur a pctīs que cō fessus est. nec doctores ō hoc dubitare solent. sz solū si fiat absolutio ante impositōez pīie. vel post. qz quidaz hñt unū modū. alii vero aliuz. Dicit aūt. ioh. an. in. cle. duduz. de. sepul. nota hunc ordinez. vt primo auditur ɔfessio. Secō do imponatur pīia. Tercio fiat absolutio. nō ergo pcedat absolutio impositōem pīie: vt sic absolutōez pcedant coīdis ɔtritio. oīs ɔfessio. operis satisfactio. saltem affectu. hec ille. Et .ioh. ō ymola. ibidez dic. colligit ex lra ordinē qui debet adhiberi in ɔfessiōibus. Quia pri mo debet audiri ɔfessio. Secō imponi pīia. Tercio fieri absolutio. Et guillerm⁹ ibidez dic. nota ordinez in verb istis ꝛ in illis q; sequū

tur et iaz qđ debet seruare in pñie sacrō ꝺfes
soz. Primo debet audire ꝺfessiōem. Scō
imponere pñiam. Tercio absoluere sacrālr.
vicesimo ꝛc. Sed nūquid ꝺz absoluere. post
pñias īponere: dic q nō. qz cū ī pñie īpositiōe
aparet tercia pars principal materia debita
hui⁹ sacri. ſ. satiſfactio q̄them⁹ est ex pte pecca
toris siū q̄ salté in affectu nō é pfectū huiusmo
di sacrm: nō pōt forma debita aponi p mini
strz. donec prius ipa debita materia integre
fit pacta. que in trib⁹. ſ. oris. operis. satiſfactio.
saltez in affectu ꝺfiſtat. hec ille. ꝛ idem tenent
alij doctores. Et innocen. in. c. ex tenore. de tpe
ordi. dic. si enorme fit etiā ꝛ occultū: pte pñie p
acta poterit ministrare in suſceptis ordinib⁹.
rarent ⁊ virtutes oñverent: ſz vt pctā dimitte rent. ⁊. ȳ. magna. n. dignitas ſacerdotū. quo⁊ remiſſtis inquit: remiſſa ſunt pctā. Ecce q⁹ in collatōe clauiu⁊ loq̄tur de remiſſiōe vel liga tione pctō⁊. ⁊ nō de recōciliatōe cū eccl̄ia. vel de electōe ab ea. Et ita ſancti ⁊ doctores expo nūt. vt ex p̄dictis appareat. Et. pre. ſacra. no. le. nō ſolū ſignificant: ſed etiaz efficiunt qō ſi gnificāt. Vñ ſicut ſacerdos baptiſādo aliquē oñdit hoīem interi⁹ abſolutuz per verba ⁊ fac ta nō ſolum ſignificatiue: ſz etiaz effectiue: ita cū dicit ego te abſoluo: oñdit hoīem abſolutuz nō ſolū ſignificatiue: ſz etiam effectiue. nec tñ loq̄tur. q. de re incerta. q⁹ fīt alia ſacra. no. le. hūt de ſe certū effectū ex virtute paſſiōis xp̄i: ita eſt in hoc ſacro. Vñ aug⁹. in. li. de adulteri nis coniugiis. per claues regni celo⁊: nō dubita tur fieri remiſſio pctō⁊. hec. b. t. in. z. p. q. ȝ4. .ar. z. et ibidem. ar. q. dicit. q effectus ſacrī pe nitētie: ē remiſſio pctō⁊. ⁊ hoc ſatis plane ap paret ex forma abſolutōnis .ſ. ego te abſoluo. Ex verbis .n. ſaluatoris colligitur hāc eſſe for maz debitam abſolutōi. ego te abſoluo. ſic. n. vñs dixit diſcip̄lis. euntes docete oēs gēs bap tiſātes eos in noīe p̄tris ⁊ fīl. mat. vlti. ita dixit quecūq; ſolueris ſup̄ tram. Vñ ſic forma bap tiſmi eſt vt miniſter dicat: ego te baptiſo. qa vñs miniſtris actuz baptiſādi attribuit: ita cō ueniens forma ſacrī p̄nie eſt vt dicatur ego te abſoluo. q⁹ vñs miniſtro abſolutōnis actuz tri buit. hec. b. t. in tractatu ō forma abſolutōis. .c. i. Et dyo⁹. ix. c. an. iera. dicit q ōs purgat oñs. eo q ōs purgatōnis cauſa eſt. ⁊ quos ep̄i p ſacerdotes purgāt aut illumināt: ip̄e dī pur gare aut illuminare. ſic ergo p; auctoritate dy onīſi. q quāuis ōs ut principalis actor purget ⁊ illuminet: miniſter tñ purgare ⁊ illumina re dī. hec. b. t. ibidem. Item apl's. z. corin. z. ego qō donaui ſi qō donaui p̄p̄ vos in p̄ſona xp̄i. glo. ſi ergo mī petitōni diſcipl⁹ donauit cui voluerit pctm: multo magis diſcipli prece mī ro facere debēt. ⁊ ita rata ea q̄ tibi donauit apud deū oñderet: ſubdit. ⁊ hec facta in p̄ſona xp̄i. i. ac ſi xp̄s donaret. donare aūt pctm: ē abſoluere a pctō. vel remittere pctm: vt expo nit ibi glo. ergo conuenienter miniſter dicit. ego te abſoluo a pctō. hec. b. t. ibidem. ⁊ oñr abſol uit a pctō. cum ſacra. no. le. efficiant qō ſignifi cant ſm oēs ſcribētes. Pre. nō eſt parua auc toritas eius q̄ in eccleſia cantatur. Jam bone paſtor petre clemens accipe vota p̄cantium ⁊ pctī vincula reſolue tibi p̄tate tradita. qua cūc tis verbo celū clauis aperiſq;. P̄tās aūt tra dita petro: eſt p̄tās clauiu⁊. pōt igitur habens claues ex tradita ſibi p̄tate dicere ego te abſol uo. hec ibidem. ergo pōt abſoluere. q⁹ alꝰ eſſet mendaciu⁊ in forma abſolutiōis. Cum dicit ſa cerdos ego te abſoluo. Et ſacra. no. le. efficiūt qō figurāt. qō p;. q⁹ in ſolo ſacro extreme unc tionis forma verbo⁊ eſt ſub modo deꝑcatiue oñonis. in aliis vero ſacris: nichil corporalī a gitur: qō nō ſtatim ex opatione miniſtri diſcū tur. fīt in baptiſmo fit ablutio corporalis que ſp̄ualem deſignat ⁊ ſacra liter cauſat. Jn ſacro aūt p̄nie verba ſcripture que maxime ſunt ſec tanda: nō faciūt mentōez de aliqua deꝑcatōe. ſz magis verbo indicatiuo vtitur. nō. n. dicit. q̄ cūq; petieris eſſe ſoluēda: erūt ſoluta. ſz q̄cūq; ſolueris: erūt ſoluta. Certiſſimuz eſt ergo in ſa cramēto p̄nie p claues eccleſie: remiſſiōez pec catoꝝ oferri. niſi ſit impedimētuz ex pte dſi tētis. fīt etiā accidit in baptiſmo. dīc. n. aug⁹. Per claues. re. ce. non dubitatur fieri remiſſio pctō⁊. rō forma in ſacro p̄nie eſt ego te abſol uo. hec. b. t. ibi. Jn ſacris aūt verba hūt efficā tiam ab inſtitutōe diuina. vñ tenenda ſunt ver ba determinata dſonātia diuine inſtitutōni. ī ſtitutoni aūt dicentis quecūq; ſolueritis: iſta verba dueniunt. ego te abſoluo. ſic inſtitutōni dicētis. Euntes docete. o. g. b. e. ⁊c. dueniunt iſta verba. ego te baptiſo. ſic iſta verba ſūt te nēda in baptiſmo. ego te. bap. ita in p̄nia. ego te abſoluo. hec. b. t. ibidem. c. z. ſz p miniſteriū ſacerdotis baptiſātis ⁊ dicētis illa verba ego te baptiſo: baptiſat⁹ mūdatur interi⁹ a pec cato. ergo ſimilr pctō⁊ in dfeſſiōe mūdatur a pctō p miniſteriū ſacerdotis dicētis. ego te ab ſoluo. Cum ip̄e inſtitutor ſacro⁊ dixerit: q̄cū q⁊ ſolueris. qō eſt maioꝝ auctoritate. nec o pinio aliquo⁊ p̄iudicare poterit verbis vñ di centis petro. quecūq; ſolueris ſup̄ tra⁊. hec. b. t. ibidem. Si aūt aliquis intelligat q ſacer dos ſua auctoritate ſup̄ culpā potētiā ñ hz: ve rum dicit. Si āt intelligit q ſacīm qō ſacerdos vt miniſter tradit nō ſe extendat ad dimiſſōez culpe: falſum dicit. fīc. n. per baptiſmū dimit titur oñis culpa ⁊ originalis ⁊ actualis: ita per ſacīm p̄nie remittitur actualis culpa. ⁊ ſe cūdu⁊ dyonīſiū: dī eſt auctoritate pctā remit tere. hoīs āt ē miniſteriū ad remiſſiōez exhibe re. dum in p̄ſona xp̄i pctā. donat. vt dicāpl's hec. b. t. ibidem. ptās. n. clauiu⁊ ſe extendit ad abſolutōem. nō fīt cauſa efficiens principalis. hoc. u. dei eſt. ſed ſicut inſtrālis. fīt ⁊ aqua bap

tiſmi.ve qua aug⁹.dicat.q̄ corpus tangit ꝛ cor
abluit.temerariū eſt ergo dicere q̄ per claues
nō fiat certa remiſſio pctōꝝ.vt aug⁹ dicit.nun
q̄d.n.eſt abbreuiata manus dñi vt qui in baptiſ
mo ab oīibus pctīs mūdat: in ſacro pñie hoc
nō faciat.verba.n. ſacrōꝝ nō ſolū ſūt ſignifica
tiua:ſed etiaz factiua.ꝛ ſacra hñt certos effec
tus ꝛ ſi impediri pñt pfectōem recipientis.dñ
ſacerdos dicens ego te abſoluo.vel ego te bap
tiſo:cū certitudine pnūciat ſacri effectū. hec
.b.t.ibidem.c.3.et ibidez.c.4. dicit q̄ reuelatō
facta petro nō fuit de ꝓpria entitate abſolutōꝝ.
ſz de paſſiōe xpi q̄ quaz ſacra certiſſimos effec
tus hñt. Si tñ dicēte ſacerdote ego te abſoluo:
nō remitterētur pctā: ſacrm pñie nō haberet
certū effectū.ymo nullū.ꝛ eſſet mendaciū in
forma abſolutōnis ſacrālis. Pre.ſi ſacrm pe
nitētie nō remitteret pctā ꝛ ꝓferret gratz: nō
diſerret a ſacris.de.le.qō falſum eſt.ſacra.n.
legalia ſolū ſignificabāt gratz xpi.nō tñ eā cā
bāt.vñ apls ad.gala.4. vocat ea egena ꝛ infir
ma cleta. Egena.q̄ i ſe gratz nō ꝓtinebāt.infir
ma āt q̄ gratam ꝓferre ñ poterāt.ſacra v⁹.no.
.le.ꝓtinēt ꝛ cānt gratam.in eis.n.virt⁹ xpi ſub
tegumēto rex viſibiliuz ſecret⁹ opatur ſalutē.
vt aug⁹.dicit.ꝛ veo ſacrm.no.le. eſt inuiſibil
gre viſibilis forma vt ei⁹ ymaginez gerat ꝛ cā
exiſtat.hec.b.t. in tractatu de articlis fidei et
eccle ſacris. Item ſi vis clauiz nō ſe exten
deret ad remotōem culpe vel pene eterne:ſa
cramētuz pñie nō eſſz ſacrm.no.le. nec aliquā
cauſalitatez.vel diſpoſitōez haberet ad primā
gratam. q̄ nunq̄z digne ſuſcipetur: niſi ab hñte
iam primā gratam. Item ſuceptio ſtius ſacri
eſt inſtrm ad gratz.hoc eſt diſpoſitio efficax et
neceſſaria ex ſtatuto diuino ad gre ſuſceptōez.
Inſtrm aūt vel diſpoſitio: nō eſt ſignum reme
moratiuū ſiue oſtenſiuū alicui⁹ vt iaz ꝓteriti
ſz futuri.ergo collatio ſacri pñie ad hoc ut fiat
digne: nō oportet vt ſit ſignū abſolutōnis diui
ne ꝓcedētis.ſz abſolutio ſacrālis eſt ſignū effi
cax illi⁹ abſolutōnis ſequētis in vltimo inſtāti
ipius. ſic .plato verbōꝝ eſt ſignū ꝓfectionis
corporis xpi.ꝛ ſacrm hoc eſt inſtrm ad gratiā
primā: ſic diſpoſitō puia. eo modo quo altera
ꝓ pōt dici inſtrm reſpectu gnationis ſubſtan
tie.q̄ diſpoſitio puia. Non eſt q̄ ſimile de ſacer
dote legali reſpectu lepre ꝛ de euāg̃lico reſpec
tu culpe. q̄ ille tñ exercuit aliquid. qō erat ſi
gnum rememoratiuū mūdationis lepre. ꝛ ni
chil qō cēt ſignū ꝓoſticū efficax reſpectu mū
dationis ſequētis. ſed iſte exercet actuz qui eſt
ſignum ꝓoſticū efficax mūdationis ſequētis
in vltimo inſtāti. Delet aūt ſacerdos maculaz
ꝛ penā eternā.ſi tñ duo ſunt ibi inſtrumēta lē.
nō q̄uez attingēdo illū effectū nec ꝓpria virtu
te.nec alterius.ſz attingendo aliqō pri⁹ qō eſt
diſpoſitio neceſſitās ad illū effectū. neceſſitās
ex diuina pactione. ꝛ tale agens cauſans diſ
poſitōem neceſſariaz ad terminū: vt agens in
ſtrumētale.vt eſt de alterante ꝛ generāte.hec
ſcot⁹. Claues.n. eccle ſunt quas habz eccla
vt dicit iero⁹.in ſuis epīs.ꝛ in cibus ſacerdoti
bus quib⁹ diguis nō ſolū ſacra: ſed etiaz celum
aperitur ꝛ claudit̄ indignis.eccla.n.in ſuis ꝓ
byteris habet plenā abſolutēdi ptātem ꝛ hec ē
clauis miniſterij ſacerdotuz. Sicut āt ſacerdo
ciū ſe habet ad ſacerdociū. ita ptās clauiz ad
ptātem.ſz ſacerdociū.no.le.habundat a ſacer
docio.ve.le. ergo ꝛ ptās clauis habūdat a po
teſtate alt⁹.ſi illi mūdatos tñ oñdebant.er
go iſti aliqō plus faciūt q̄z oñgonē. ergo aliq̄
remittūt de pctō.vel ex pte culpe.vl ex pte pe
ne. Nota q̄ oñio fit duplr.vl ꝓ demōſtratōez
ſolaz.ſicut colorat̄ oñoitur digito.vl ꝓ exhibi
tōem in ope.ſic̄ artifex oñoit artificiatū cū fa
cit illud ſtare añ oculos intuentiuz.ꝛ hoc ſcdo
modo accipit̄ hic oſtēſio. Jn.de.te.ſacerdos
claues nō habuit.ſz habuit umbrā clauis.i.po
teſtatē abſoluēdi ꝛ ligādi circa īmūdicias cor
porales.q̄ ſignificabāt ſpūales īmūdicias in q̄
b⁹ abſolvit ꝛ ligat ſacerdos euāg̃licus.hec oīa
albert⁹ magn⁹. Satis ergo infertur ex dic
tis q̄ ſacerdotes.no.te. per claues remittunt
pctā.ſz hoc varie accipiatur. vñ mr in .4.ſen.
.di.17.poſt multa que de hoc narrat: aut q̄ ſa
cerdotib⁹ comiſſa eſt ptās remittēdi pctā. nō
ut ꝓpria virtute remittāt. q̄ hoc ſoli⁹ dei ē.ſz
vt opatōez dei remittētis oñdant. ſz iſta oñio
pōt tripliciter accipi.v⁹ m⁹ q̄ oñdant eā nō q̄
dez pñtem.ſz ꝓmittant futurā ſine hoc q̄ open
tur aliq̄d ad ipam. Et ſic ſacra.ve.le. oñebāt
futurā dei opatōem.ꝛ ſacerdotes legales ſimi
liter ꝛ nichil efficiebāt. Alio modo vt oñdant
remiſſiōem pctōꝝ in pñti ꝛ tñ ad eam nichil
opentur. Tercio modo q̄ ſacerdotes oñdant
diuinaz opatōem pñtem in remiſſiōe pctī: et
ad illam aliq̄d diſpoſitiue ſiue inſtrāliter ope
rentur.ꝛ iſta eſt vera poſitio q̄ coiter tenetur.
Nam alī nō different in dignitate ꝛ ptāte ſa
cerdotes noui a legalib⁹. Cum vtriq; ſolū oſtē
derent nichil efficiētes ꝛ ꝓportionalr oporteat
loqui de claub⁹ ꝛ de ſacerdotib⁹: qui ſunt mi
niſtri eaꝝ. Fluctuitates aūt quas mr apud

vbi supra oñdentes q̄ sacerdotes remittūt peccata ostendendo ꝙ c̄. Affirmatiue loquūtur. q̄ hoc faciūt. ꝙ verū est q̄ sacerdos euangelicus oñdit penitētem mundatū ꝙ solutū p̄ instāti p quo intelligitur sua absolutō. ſ3 nō facit hoc solum. ymo sic oñdit q̄ illa oñsio est dispositio ꝓxia ad illud qō oñditur. hec est. n. excellentia sacerd̄ōꝝ. no. le. q̄ eoꝝ susceptio: est dispositio sufficiens ad gr̄am. illoꝝ aūt legaliū: nec susceptio erat dispositio efficax ad mūdatōem lepre nō est ḡ simile ō sacerdote legali respectu lepre ꝙ de euangelico respectu culpe. q̄ ille tm̄ exercuit aliq̄d qō erat signū rememoratiuū emundationis lepre ꝙ nichil qō esset signū ꝓnosticū efficax respectu mūdatōis sequētis. ſ3 iste exercet actū qui é signuz ꝓnosticū efficax respectu mūdationis sequētis in vltimo instāti. nec tm̄ mentitur iste q̄ intelligitur absolutio p illo instanti p quo iste a deo ꝙ ab ecclia est absolutus. hec scotus. Et. b. t. in. q. de quolibz. q. 4. .ar. 10. mouet questōem. vtrū per absolutōem sacerdos remittat culpaz. ꝙ rñdet affirmatiue q̄ sic. vt ibi late patz. et idez. b. t. in primo. sen. .di. 14. et. in. q. de quolibz. q. 2. ar. vlti. asserit q̄ ministri ecclie remittūt pctā. Et quolibz. 2. .q. et. ar. vlti. dicit q̄ verbū sacerdotis dicētis absolvo te a pctis tuis refertur ad culpaz cuiꝰ absolutionis misteriuz impenūt. ꝙ in collatione ordinū: datur sacerdotibꝰ ptās remittendi pctā. qō nisi verū ess3. cēt mendaciuz in doctrina ꝙ actibus eccl'ie. quod impium est dicere.

Ex p̄dictis patet q̄ ls solus ōs infundat gratiam ꝙ ꝓpria auctoritate remittat pctā: sacerdos tm̄ remittit pctā. i. culpaz siue maculā peccati: ministerialr̄ et instrūaliter ministrādo sacraméta. ꝙ ista est cois sūa oium scribētium. et est positio vera ꝙ catholica. ꝙ ōria est falsa ꝗ hereticā. q̄ exp̄sse derogat dignitati. auctoritati ꝙ ptāti clauium. quas x̄ps .ɔ cessit eccl'ie. in ministris suis ad tollendū pctā per collationez sacerd̄ōꝝ quibꝰ impōsuit virtutez siue passiois. vt eis mediātibꝰ deriuaretur ꝙ coīcaretur nobis virtus et efficatia passionis x̄pi. fic quibusdam instrūtis. Vñ ex p̄dicta positōne seq̄retur q̄ claues eccl'ie: essent inutiles frustra et supuacue. qō hereticū est dicere. ꝙ qō sacerdos euangelicus nō differret a sacerdote legali. ꝙ multa alia falsa ꝙ erronea sequerētur. Itez p̄dicta positio est exp̄sse .ɔ priuilegiū clauiū cō cessum petro. mat. 16. qō ad celum ꝙ trām extenditur. vt dicit. ioh. an. in. c. ad liberādum. de iude ꝙ idem dicūt oēs doctores. Predicta etiā positiō derogat sacro p̃ie. ideo est hereticā.

Capitulum .cxxuj. q̄ x̄ps per claues dedit ecclie ministris duplicem ptātem .ſ. remittendi pctā ꝙ reconciliandi cum ecclia militanti et excludēdi ab ea.

e Ex predictis inferūtur duo principaliter intenta. Primuz q̄ x̄ps in .ɔcessione clauiuz dedit sacerdotibꝰ ptātem remittendi pctā ꝙ penam pctōꝝ. ꝙ per .ɔns aperiendi celum. i. adeptū vite eterne. qō p̄dictis clauditur. Scōm q̄ dedit eis ptātem excludendi ab ecclia militāti ꝙ reconciliandi cū ea.

Primuz p̄z. mat. 16. vbi xꝰ dicit petro. tibi dabo claues. re. ce. i. ptātem aperiendi ꝙ claudendi. regnū .ce. i. vitam eternaz. et. ioh. 20. quoꝝ remiseritis pctā ꝙ c̄. In qbꝰ manifeste p̄z. q̄ x̄ps dedit discipls ptātem remittendi pctā q̄ntum ad culpam siue maculaz ꝙ q̄ntuz ad penam. p que clauditur regnuz celoꝝ. i. vita eterna. Et q̄ p̄dicta sic intelligātur. ꝙ nō q̄ntuz ad reconciliatōem cū ecclia militante solam: vt mī ille vult: plane p̄z ex verb̄ x̄pi p̄fati. Itez p̄z hoc per ap'm. ad hebre. 9. vbi oñdit excellentiam sacerdocij x̄pi sup sacerdociū legale. per hoc q̄ x̄ps assistit pontifex futuroꝝ bonoꝝ ad tabernaculuz celeste introducēs p̄ ꝓpriū sanguinē. nō manu factuz: in qō introducebat sacerdocium. ve. le. per sanguinem hyrcoꝝ ꝙ tauroꝝ. vñ patet q̄ ptās illius nō se extēdebat ad celestia: ſ3 ad figuras celestiuz. ꝙ ideo sacerdotes legales nō habebant claues: ſ3 figuraz clauiū. ꝙ ideo nō habebant claues celi: ſ3 claues terreni tabernaculi. nec auctoritatē vt hō ab eis iudicatus ad mitteretur in celestia: ſ3 in figuras celestiuz. ꝙ habebant ptātem qua p̄ sacra legalia nō a culpis ſ3 ab irregularitatibꝰ hoīes purgabāt vt ad manu factū tabernacl'm purgatos ꝙ eos admittus pateret. Ptās aūt sacerdotuz .no. te. est ad introducēdu; in celestia. i. in vitam eternā. hec. b. t. in. 4. di. 19. Pre. patet hoc. q̄ sm̄ scōs ꝙ doctores clauis est ptās remittēdi pctā. que q̄dem in deo est p auctoritatez. in x̄po per excellentiaz. in ministro siue sacerdote p̄ ministerium. ſ3 oēs isti modi ls diuersi sint referūtur ad idem. ſ. ad remissiōem pctōꝝ per que ipeditur introitus ad vitaz eternam. ergo ptās sacerdotis euangelici est ad remittēdu; pctā: ꝙ introducendu; in vitam eternā. ls nō ꝓpria auctoritate sed ministerialr̄. Pre. ptās sacerdotis euangelici est idem qō carater quo .ɔ figuratur x̄po imprimēti ꝙ eius sacerdocio. Et est ptās

spūalis diuinata a xpō qua sacerdos potest cō
ficere verū corp⁹ xpi. ⁊ pōt absoluere a pctis
mēbra corporis mistici vt ipm corp⁹ xpi assu
mant ⁊ ei incorporētur ⁊ vniātur per grām.
sed ista sunt respectu vite eterne ⁊ nō soluz res
pectu templi manufacti: ergo sacerdos euāge
licus vere remittit pctā. ⁊ a pit vitam eternā.

Pre.b.t. in.4.di.19. dicit ⁊ est eadem sn̄a
oīum scribētiuz. q clauis est duplex. Vna q̄ se
extēdit ad ipm celū īmediate remouēdo ipedi
mēta introit⁹ in celum p dimissionem pctī. ⁊
hec vocatur clauis ordinis ⁊ hanc soli sacerdo
tes hnt. q ipi soli ordinātur xpo in his que di
recte sunt ad deū. Alia clauis est que nō direc
te se extendit ad ipm celū sed mediate millitā
te ecclie. per quaz aliquis ad celuz pandit. dum
p eā aliqs excluditur vel admittitur ad ꝺsorci
um ecclie millitātis. per excoicationez ⁊ absolu
tōez. ⁊ hec vocatur clauis iurisdictōnis in fo
ro causar. quā habere pnt nō sacerdotes. ſz nō
pprie dr clauis celi: ſz dispositio ad ipam. Et
.j.ar.3. dicit q xps. 10h.20. dedit aplis ptātez
remittendi pctā. q̄ intelligitur de ptāte que
ꝺsequitur ordinez. ⁊ j. q ptās ordinis ḡntum
est de se extenditur ad oīa pctā. ergo falsa ⁊ er
ronea est expositio ⁊ positio pfati mr̄i. s. q̄cū
q3 solueris in tra erit solutū in celo. i. in eccliā
millitāti. ita q celum accipiatur ibi p eccliā
millitanti. ⁊ nō als. primo accipitur p vita eter
na. vt satis clare patet ex pdictis hic ⁊ in.c. p̄
cedēti. Et adhuc p3 ex prima ⁊ ppria signi
ficatōe terminoꝝ. q3 regnuz celoꝝ pprie dr vi
ta eterna. q ibi scī regnant cū xpo. apoca. 4. c.
et illa vita in celo est. Et sic esse in regno dei si
ue in regno celoꝝ: vez est q̄ esse in bītudine.
Nam ſz bītudo nō determinet sibi aliquez spe
cialem locū. q3 ad illam michil ꝺfert natura lo
ci cum solū sit in diuina visione: que vbiq3 pōt
esse cū deus vbiq3 sit. q3 tū ōs elegit locum cele
stem p ꝺgregatōe ellectoꝝ: vocatur bītudo
regnū celoꝝ. q3 solum est bītudo in illis qui in
celo sunt. Et ita in pdictis verbis xpi p regnū
celoꝝ intelligitur vita eterna. Cum non sit ibi
aliqd̄ a diunctū: per qd̄ necesse sit trahi ad illā
significatōem. Et sic coīter in verbis xpi qñ nō
loq̄tur parabolice accipitur regnū celoꝝ p vi
ta eterna. vt p3 mat. 4. btī paupes qm̄ ipoꝝ ē
regnū celoꝝ. i. vita eterna. et. 20. c. nisi habue
uerit iustitia vr̄a plus q̄3 scribaꝝ ⁊ pharisēoꝝ nō
intrabitis in regnū celoꝝ. i. in vitam eternā. ⁊
.mat.10. pcepit aplis pdicare regnuz celoꝝ. s.
vitam btām. Et adhuc patet clarī⁹ in decretis
.xx.di. vbi petrus vocatur clauiger vite eter
ne. ſz vita eterna ꝺstitit in dei visione. 10h.17.
⁊ nō in admissione ad ecclām millitātem. er
go vsus clauiz petro ⁊ ecclie datus est ad ce
lum. i. ad vitā eternaz. ⁊ nō solū ad ecclaz mil
litantem. vt ille dicit. Item q vsus sine ptās
clauiū se extendat ad remissiōem pctoꝝ: patz
.i.q.i. si qs heretice. et.c. remissiōem. et.c. ita fit
et.z.c. se. et.ii.q.3. plerūq3. et.24.q.i. manet.
et.c. si aūt. et.c. qōcūq3. de peni. di. i. c. nemo.
et.c. pōt fieri. et.c. quez penitet. et.c. ḡntus. et
.z3.q.4.c. remittūtur. vbi dic̄ a mbro⁹. remit
tūtur pctā per verbū dei. cui⁹ leuites. i. sacer
dos executor est. remittūtur per officiū sacer
dotis scūmq3 misteriū. ⁊ in plibus alijs locis.
⁊ ecclia cantat de aplis. Qui celuz verbo clau
ditis seraſq3 ei⁹ solutis. sere tū q̄bus celuz. i. vi
ta eterna clauditur sunt pctā ⁊ reatus pctoꝝ.
⁊ petr⁹ in hymno dr̄ ianitor celi. ⁊ alibi. quod
cūq3 vinculis sup tr̄am astrinxerit erit astris
religatum fortiter ⁊ quod resoluerit in terris
arbitrio erit solutū sup celi raduz. Et in hym
no oīum scoꝝ dr̄. clauiger etereus cū ceteris a
postolis nos soluāt nexu crimnis. i. a vinculis
pctoꝝ. Et alibi. pctī vincula resolue tibi ptāte
tradita: qua cūctis celū verbo clauis aplsq.
⁊ idem est de alijs plātis ⁊ sacerdotib⁹. quib⁹
.n. sacerdotes remittūt: remittit ds. vt dic̄. b.
aug⁹. in. li. de pñia.. ⁊ de. pe. di. i. c. quē penitz.
Et in collecta cathedre scī petri: dr̄. de⁹ qui be
ato petro apl̄o tuo collatis clauib⁹ regni cele
stis aīas ligandi atq3 solūdi pontificiū tradi
disti. ergo ptās clauiz vere se extendit ad solu
tōem ⁊ ligatōem aīaꝝ. ⁊ nō solū ad recōcilia
tionez hoīm cū ecclesia millitāte. vt ille dicit.
Vñ ꝺcessio clauiū petro a xpō traditaꝝ vere
extendit se ad solutōez pctoꝝ. ⁊ p ꝺns ad aper
tōez regni celoꝝ. i. vite eterne. Scōz ē q rō de
dit ecclie ptātez ligādi ⁊ soluēdi in ecclia mil
litāte. ⁊ recōciliādi cū ea ⁊ excludēdi ab ea p
clauem iurisdictionis. que a xpo est originalr̄.
Per quaz pnt ecclesie ministri excoīcare. ⁊ c.
et causas forales audire dirimere ⁊ c. ecclastica
ordinare. sed ista ptās non excludit primā nec
est sola in ecclesia. Sed alia est prima ⁊ prin
cipalor: ad quā ordinatur ista. vt dictum est.

Capitulum .cxxv. que bona confert sacr̄ m
penitentie et qualiter remittit peccata ⁊ qua
liter sacerdos absoluit a peccatis.

Deuidentiam predictoꝝ ꝺsideranduz
a q sacrm pñie inter alia: ꝺfert duo sul

cipienti .s. ornatum siue dispositoem et grām. De primo dicendum q cū aliquis accedit ad sacramētum pñie ⁊ tritus ⁊ pcto cū pposito confitendi ⁊ satisfaciendi: tūc est sufficienter dispositus ad grām. Nō tunc suscipit eā sine ornatu meoto. Cum vero nō accedit ad sacrm dispositus. i. ⁊ tritus. q forte non cogitauit de sacro suscipiendo. vel si cogitauit nō sic efficaciter q se sufficienter disponeret: tunc virtute sacri cōfertur penitēti accedēti ad sacrm ornato quidam. qui nō est potētia. nec hītus. sz dispositio quedam. nō actiua ad agēdum: sz passiua ad recipiendum effectū sacri. ita q accedens ad sacrm pñie etiam si ante nō cogitauit de sacro suscipiendo. vel alīs nō se disposuit ⁊ accedit in dispositus: virtute sacri disponitur ad suscipiendū effectū sacri. vñ ad hoc q penitēs recipiat sacramentum effectū: nō requritur q se disponat. sed q se nō opponat. i. q ñ habeat volūtatem peccādi. l. manendi in pcto. q per istum ornatū disponitur ⁊ bene se habet ad recipiendum grām ⁊ est dispositio necessaria ⁊ necessitans nō simplr: sz sub ꝯditione. supposito. n. q in suscipiente sacramētum nō sit fictus: est dispositio necessitās. nō q ipm deū necessitet: sz q ex ordinatione volūtate ⁊ ordinatōe: necesse est grām infundi. ⁊ est dispositio trāsitoria: sic est ipe actꝰ cōtritōnis. in cuiꝰ suplemētum marie est hic ornatus. ⁊ in oīm sacro. no. le. primitur aliqd pter actum suscipientis: qō est sufficiens dispositio etiam ad grām gratū facientem. siue illud sit carater. vt in tribus sacris: siue simplex ornatus vt in alijs. vt dicit petrus de palude. in. 4. sen. di. 14. hec est. n. excellētia sacrox. no. le. q eox suscepto: est dispositus sufficiens ad grām. qō sacra legalia: efficere nō poterant. nec eox suscepto: erat dispositio efficax ad mundatoem corporalez lepre. De scdo dicendum q cū peccator in sacro ꝯfessois accedit ad sacerdotem hītem claues ⁊ gerētem vices xpi: habet fidez explicitam. vel implicitam in actu. vel in hītu de passiōe xpi. cuiꝰ virtute ⁊ merito remittūtur pcta. ⁊ habet spem remissionis ꝯtie virtute sacri. ⁊ habet obedientiam ⁊ humilitatem. p quas se subicit sacerdoti vicario xpi habēti claues ⁊ locum xpi. ⁊ pp hanc fidem ⁊ obedientiam ⁊ humilitatem quas habet penitens in susceptione sacri: ds qui est auctor grē: infundit sibi grām ⁊ remittit pcta. sacerdos aūt opatur ad hoc inq̄ntum ꝯfert ⁊ ministrat sacrm pñie. quod est sacrm xpi. s. ab eo ad hoc institutum et ab eius passione virtutem hns. ⁊ ita xps infundit grām ⁊ ppria auctoritate remittit pcta. sacerdos vero ministerialr. inq̄ntum ministrat sacrm xpi quo remittūtur pcta. Et ē simile in alijs sacris. cum. n. sacerdos baptisat dicens. ego te baptiso: ds ifūdit grām ⁊ remittit peccata baptisato. ido. ioh. i. dicitur de xo. hic ē q baptisat. ⁊ tñ q sacerdos mistrat sacrm baptismi: dr baptisare. ⁊ dicit verū. cū dic ego te baptiso. Similr cū sacerdos sup materiā debitā cū intentōe ꝯficiendi pfert verba ꝯsecrationis: ꝯuertitur panis in corpus xpi. ⁊ vinū in eius sanguinez. ⁊ tñ ꝯuersionez illam solus deus efficit. cū hoc efficere sit virtutis infinite. ⁊ tñ sacerdos dr ꝯficere: inq̄ntum verba sacramēta pfert. ⁊ sic quotiēscūq; sacerdos sup materiam debitam cū intentōe ꝯficiendi pnullerit verba ꝯsecratōis. deus ꝯuertit panē ⁊ vinū in carnez ⁊ sanguinē: ita q̄cūq; sacerdos sup penitētem dispositū ⁊ nō ponētem obicem dicit ego te absoluo: ds infundit penitenti grām ⁊ remittit pcta. Et q hoc modo. i. q̄cumq; sacerdos dixerit: ego te absoluo remittātur pcta ⁊ nō alr: est virtus sacri pñie. sic q ꝯuersio panis ⁊ vini fiat q̄cūq; sacerdos dixerit verba ꝯsecratōis ⁊ nō alīs: est virtus sacri eucharistie. ⁊ q baptisatus mūdetur spūaliter et recipiat caratez ⁊ grām in aīa cū minister sub mergens dicit. ego te baptiso: est virtus sacri baptismi. Certū est. n. q in verbis ꝯsecratiois que pfert sacerdos sup panez ⁊ vinū: nō ē essencialr ⁊ formalr virtus ꝯuersiua panis ⁊ vini. cum illa sit virtus infinita. que in solo deo est. sz cum ⁊ q̄cūq; sacerdos illa pfert sup debitā materiaz cū intentōe ꝯficiendi: ds ꝯcurrit cū verbis illis ⁊ facit ꝯuersiōem ⁊ nunq̄z alīs. et q pdicta ꝯuersio fiat semp q̄cūq; verba ꝯsecratōis dicūtur a sacerdote cū intentōe ꝯficiendi ⁊ non alr: est virtus sacri siue sacralis. simiłr q baptisato infundatur grā ⁊ remittatur originale ⁊ actualia: si habet illa ⁊ imprimatur carater ⁊ c. cū minister baptisans cum intentione baptisandi dicit. ego te baptiso. ⁊ nō alīs. est virtus sacri baptismi. Et simile est in forma absolutōis sacri pñie. nam cū sacerdos dicit sup penitētem: ego te absoluo. q verba sunt forma absolutōis ⁊ vsus clauium: ds infundit penitēti grām ⁊ remittit pcta. ⁊ q̄cūq; sacerdos illa verba dixerit sup penitētez cum intentione absoluēdi: ds ꝯcurrit cū verbis illis ⁊ infundit grām ⁊ remittit pcta. nisi fit

impedimẽtuz ex pte penitentis ponentis obi cem gr̃e.i.hñtis volũtatez peccãdi.⁊ ita q̃ õs sem p ↄcurrat cũ sacerdote dicente verba illa: ⁊ q̃ dictis verbis illis sup penitẽtem sem p in fundat ⁊ ↄferat gr̃am penitẽti ⁊ nunq̃z alr̃: est virtus sacri pñie. Jsta aũt infusio gr̃e ⁊ re missio culpe nõ fit essencialr̃ ⁊ formalr̃ virtu te illoꝝ verboꝝ: cũ in illis nõ possit esse virt⁹ infinita.que req̃ritur ad infusiõez gr̃e ⁊ remis sionez pctĩ: sz deus efficit illã. qui semp assistit sacrõ suo. Et ita collatio sacri pñie: est dispoſi tio necessaria ad gr̃am ⁊ ad remissiõem pecca toꝝ.nõ q̃ ipm deũ necessitet:sz qz ex dei volun tate ⁊ ordinatõe: necesse est gr̃am infundi. cũ sacerdos penitẽtem p̃oicto modo absoluit.assi stit.n.de⁹ ex pacto regulariter sacrõ pñie.nisi ipediat obex. Trie volũtatis.vt dic̃ sco⁹. Ex dictis pz q̃ sacerdos absoluit a pctis: misteri alr̃ mistrãdo sacrm absolutõis.cũ quo de⁹ sua ordinatõe ⁊ volũtate rlariter ↄcurrit ⁊ gr̃az infundit qua remittũtur pctã. Jdeo sic̃ ista est vera:sacerdos ↄficit ⁊ sacerdos baptizat. ita est vera ista:sacerdos absoluit a pctis .ita.n.sa cerdos dimittit pctm ĩ pñia: sic̃ in baptismo. ⁊ ita absoluit: sic̃ baptizat. qz vtrobiq̃z verũ est q̃ ministrat sacrm.effectuz ãt sacri ministe rialr̃ causat.qz aliq̃o causat: ad q̃ fm dispoſi tõem.seu pactõem dei:rlariter sequitur effec/ tus sacri. Ex dictis infertur q̃ sic̃ pctm ac tuale mortale post baptismũ comissuz nunq̃z remittitur alicui nisi virtute passionis xp̃i: ita nunq̃z remittitur nisi p sacrm pñie..per q̃d de riuatur ad pctõrem virtus ⁊ meritũ eiusdem passionis.⁊ ↄfertur sibi gr̃a remissionis.⁊ per ↄñs nunq̃z remittitur fine vsu clauium qui est sacr̃alis absolutio .s. ego te absoluo. vel sine oz dine ad vsum illũ clauiz. Et si obiciatur q̃ per solam ↄtritõem ante sacr̃alem ↄfessionez ⁊ sacerdotalez absolutõez remittitur pctm de re ↄtritis:dicẽduz q̃ p̃dicta ↄclusio est vera.s. q̃ pctm mortale post baptismũ comissuz:nun q̃z remittitur fine vsu clauiz,⁊ tñ põt aliquis potiri vsu clauiz duplr̃.s. actu. vt cũ actualr̃ subiectur absolutõni sacerdotali.vel voto ⁊ de siderio. sicut cũ volet de pctis comissis ⁊ ppo nit ↄfiteri. qz tunc volũtas p opatiõe invica tur.vt dicit cassiodoꝝ⁹. ⁊ mr̃ in .4.sen .di.17. Et sic vere ↄtrit⁹: voto ⁊ desiderio potitur ef fectum clauiũ aũ actualez ↄfessiõem ⁊ absolu tõem sacerdotalez. qz ↄtritio essencialr̃ inclu dit ppositum ↄfitendi ⁊ satisfaciendi ad arbi trium sacerdotis.vt oñs sci ⁊ doctores exp̃sse dicũt. Vñ cum mr̃ ⁊ gracian⁹ ⁊ alij doctores antiqui ⁊ moderni querunt an pctm remitan tur sine ↄfessiõe.vel aũ actualr̃ ↄfessiõem: nõ dubitant. nec querũt.an pctã remittãtur sine ↄfessione.i.sine ordine ad claues.sed an remit tantur p ↄtritõem aũ actualem ↄfessiõem et absolutõem. ⁊ rñdent affirmative q̃ sic.et est ratio. qz sicut dictũ est ↄtritio includit essenci alr̃ pposituz ↄfitendi ⁊ potiendi effectu clauium. Ex quo etiaz patet.q̃ positio p̃fati mr̃i de institutõe ↄfessionis .s.q̃ est instituta ab eccle sia: simil̃ est falsa. ⁊ valde derogat dignitati sacri ↄfessionis. Tercio infertur q̃ sacrm pe nitẽtie est a xp̃o institutũ: ad delendũ pctã ac tualia post baptismũ comissa. cum nõ possint aboleri p baptismuz: qui est spũalis regnatio que iterari nõ põt.sicut nec gño naturalis.rõo institutũ est sacrm pñie:que ẽ spũalis sanatio. ne actualia post baptismũ comissa: manerent sine remedio. Ex hoc etiaz patet falsitas al terius dicti in p̃fato libello.s.q̃ confessio fuerit instituta: ne pctã remanerẽt impunita. quod multũ interest rei publice. Quarto infertur q̃ per sacrm pñie:homo vere recõciliatur dõ. cum in eo infundatur gr̃a.qua remittũtur pec cata. ⁊ ex ↄñi recõciliatur mẽbris xp̃i q̃ sunt eccl̃ia.siue fideles.xp̃o per caritatem vniti.

Capitulum.cxxvj.qualiter per claues sacer dotales remittitur aliquis de pena ⁊ per con fessionem fit tripliciter remissio pene.

c Jrca penam aũt tp̃oralem ↄsideran dum q̃ qui ante ↄfessiõem habet con tritõem de pctõ gr̃am accipit ⁊ remis sionez pctõꝝ q̃ntuz ad maculam que deletur ⁊ reatũ mortis eterne qui tollitur. Nam ista fit tollũtur.postea vero cum actualr̃ subicit se cla uib⁹: merito clauiz angetur gr̃a iam collata in ↄtritione.⁊ reatus pene tp̃oralis tollitur q̃ manserat post deletõez macule. Quia vero pe nitẽtia nõ est regnatio sic̃ baptism⁹: sz egritu dinis curatio. ideo ex virtute clauiz que ope rantur in sacrõ pñie nõ tollitur tota pena pec cato debita: sz pars eius pene ad quã mãserat pctõr obligat⁹ post remissiõem pctĩ per ↄtriti onem. Et notãduz q̃ in hoc q̃ aliq̃s ↄfitetur tripliciter habz remissiõem pene. Primo satis factorie. Secũdo meritorie. Tercio sacr̃aliter

Primũ est qz ↄfitẽdo pctõr tollerat magnã ↄfusiõem que est grauis pena. Et ista satisfac̃ p alia pena.saltẽ comutando penã p̃o pena.

Scôm est qz pctôz sponte subicit se clauibus ecclie. ⁊ in hoc est duplex meritû. s. fidei ⁊ obedientie. fidei quidez: qz credit q̃ sacm istud fit alicui⁹ efficacie. ⁊ tñ p fidem placem⁹ deo. ad hebre. xj. ⁊ ita est meritoria et ꝺnr satisfactoria. qz nullû opus pôt esse meritoriuz: qn aliq̃ liter fit satisfactoriû. Terciuz est obedire. qz ecclia iubet ꝺfiteri. ⁊ xps hoc prius iussit. obedire aût meritoriuz est. cû fit melioz obediẽtia q̃z victime. 1. reg. 15. ⁊ sic ex utroq; erit satisfactio p aliqua pena. Quartuz est q̃ sacm pñie cû fit sacm. nq̃. te. ex se habet virtutê aliquaz. ⁊ ideo ultra meritû ꝓpriale actuû nr̃oꝝ necesse est q̃ nobis aliqd ꝺferat. ⁊ tñ effectus suus magis est directe ad penam: q̃z ad maculaz. ergo necesse est q̃ virtute clauiû ultra oĩa ꝓicta: fiat aliqua remissio pene. ⁊ ista est remissio sacrãlis. ⁊ ideo si quis de pctô uoluit ponens ꝺfiteri ⁊ nôduz pueniẽs ad ꝺfessiõez moꝛitur: ⁊ etiaz si expleta ꝺfessione añ sacer dotalez absolutôem moꝛiatur: nô pcipit remissionẽ que fit virtute clauiuz. que erat sacrãlis. s̃z solum illaz que est meritoria ⁊ satisfactoria. s. pꝛ verecũdiaz ⁊ obedientiã ⁊ fidẽ. Et l̃z p quoliꝫ pctô ẽm diuinam iusticiaz fit pena tarata que illi debeatur absolute. ⁊ sacerdos nô pôt ꝓiudicare diuine iustice: l̃z remittatur aliquid de pena tarata a deo virtute clauiuz: nô ꝓiudicatur diuine iustitie. qz ipe de⁹ qui taxauit cuilibz pctô certã penam: ꝺcessit p claues sacrãles tolli aliqd de pena debita illis. utrũqz ergo est p legem dei. secus si uolũtate humana ⁊ institutôe introducta esset remissio p claues. qz tunc nichil posz tolli de pena tarata p deũ. Et etiaz ista remissio: est alis iusta. qz non est absoluta remissio: s̃z comutatio. qz xps hô ofert tote trinitati penaz ⁊ merita passionis sue. p debito penaꝝ nr̃aꝝ. Et plus est qd ipe p nob⁹ ofert: q̃z qd nob⁹ remittitur. Per claues ergo sacerdotales: remittitur aliqua pena peccatoꝝ cũ effectus clauiuz: fit ꝑcipue. ꝺ penam. qz alis daretur sacm pñie cui⁹ efficacia ꝺfistit in clauibus: q̃si inutile nisi pena remitteretur aliqua. tum qz tota ecclia asserit hoc. cui⁹ assercónibus standuz est necessario. qz ad fidez p tinẽt: s̃z q̃nta sit ista pena que remittitur. ⁊ q̃s sit mod⁹ remittẽdi in diuersis hoibus. ⁊ q̃ntuz ad diuersos ministros nô est certũ. cum nec rô hoc sufficienter duincat. nec ecclia vnq̃z ô hoc doctrinaz aut assertôem aliquaz communez tradiderit. hec abulensis super. mat. 16. c.

De indulgenciis.

Capitulum. cxxvij. de opꝫ meritorio ⁊ satisfactorio ⁊ de oĩbus superogationis de q̃bus fiunt indulgentie.

Ꝺ euidentiam dicendoꝝ ꝺ fidẽ adduz
a q̃ in actu meritorio sunt duo. s. caritas ⁊ labor uel penalitas. Per caritatem aũt meremur vitam eternaz. ⁊ ẽm maiorem caritatem: maiorez gradũ in vita eterna. Penalitas aũt. qz caritati iuncta est: efficitur satisfactoria pene debite in purgatorio. uel in vita pñti. p pctô. Et qz ꝺtingit q̃ aliq̃ alios egit pctã de quib⁹ penituit ⁊ debebat puniri. p illis decem annis in purgatorio ⁊ post agit actus meritorios laboriosos qui sunt satisfactorij. p centũ annis pene. tunc manebũt xx̃aginta anni quib⁹ iste nô indiget. ⁊ seruãtur in thesauro ecclie ad distribuẽduz indigẽtib⁹. sic aũt si aliquis faciat opa in caritate ⁊ sint multum laboriosa si nũq̃z peccauit: oês penalitates ei⁹ satisfactorie: recondũtur in thesauro ecclie ad utilitatez fideliũ. Et isto modo intelligitur cũ dr̃ q̃ merita vnius: sunt satisfactoria. p altero. uel ꝓficiunt ei. De primo aũt merito qô est mereri vitam eternaz ex gradu caritatis q̃ est cũ opatione: nichil coĩcatur alicui alteri. ideo si aliquis p intensaz valde caritatez magnum graduz mereatur in vita eterna: de illo nichil sibi diminuitur. nec alteri dare pôt ecclesia. qz faceret sibi iniuriam. s̃z totũ integralr̃ recipit in vita eterna. Et habũdanti⁹ q̃z egit. ⁊ hoc é qô dr̃ q̃ sancti in pꝛia recipiũt mercedes laborum suoꝝ supra id qô fecerũt. iuxta illud. luc. 6. c. mensurã bonaz ꝺfertam ⁊ coagitatã et sup efluentez: dabunt in sinũ vr̃m. Illa aũt bona satisfactoria que multi sci fecerũt ultra mensuraz debitoꝝ suoꝝ: dicũtur superogatões siue opa superogatõis. Et ista oĩa sunt conseruata ⁊ reposita in thesauro ecclie. cum apô deũ nichil boni pereat. ẽ isto aũt thesauro ecclesie sunt oĩa bona opa superogatõis que sci fecerũt. que nô erant necessaria ad remissionez penaꝝ debitaꝝ. ⁊ ita ĩ eo sunt merita xpi ⁊ beate virgis ⁊ oium aliorꝝ scôꝝ. qui supererauerũt ultra mensuraz debitoꝝ suoꝝ. Et sic thesaur⁹ iste ecclie scé est infinit⁹. marie pꝛ merita xpi q̃ sũt infinita. Cũ xps sit ds ⁊ hô. ⁊ ideo eius opa ⁊ merita: sunt infiniti valoris. Huius aũt thesauri dispensatio: comissa é plenarie pape qui est ecclie vniuersalis spôsus. ⁊ xpi gñalis vicarius. ⁊ de illis distribuit ecclie mẽbris: exũtibus in vnitate corporis mistici xpi. ⁊ qô per se nô possunt q̃ntuz ad euasiõem

penaꝝ: habent a meritis sanctoꝝ: siue ab isto ecclie thesauro. sicut etiaꝫ mẽbra corporis naturalis: iuuãtur ab inuicẽz. ꝛ ista dispẽsatio: ꝓtinet ad clauem siue ad ptãtem iurisdictionis. ꝛ ideo est in mera libertate pape: qñ ꝛ qualẽ hunc thesaurũ: ecclie mẽbris distribuat. dum tñ nõ excedat metas sue ptãtis. ꝛ ita põt facere de thesauro ecclie indulgẽtias siue remissiones in quacũq; ꝗntitate voluerit. ꝛ etiam plenissimas indulgentias ꝛ remissiões oĩum peccatoꝝ. ꝛ liberare vere penitẽtes: ab oĩni satisfactõe ꝛ ab oĩni pena tpoꝛali. in pñti vita siue in purgatorio ꝓsoluenda. nõ penitẽtes apenis debitis absolvẽdo. nec eas sibi remittẽdo: ꝯz debita eoꝝ de ꝑdicto thesauro ecclie ꝓ eis soluendo. sic ꝑ sic amicꝰ satisfaciat ꝓ amico nõ valente satisfacere creditori. ista tñ distributio bonoꝝ ecclie debet fieri circa opa piaꝝ. ꝯtinentia ad honorem dei. vel sanctoꝝ eius. vel ecclie. vl ad vtilitatem fideliuꝫ. ꝛ cũ discretiõe ꝛ moderamine. ꝛ c̃.

Capitulum.cxxviij. de indulgẽtijs ꝛ de cauſis ꝯcessionis eaꝝ ꝛ de thesauro ecclie ꝛ dispẽsatore ꝛ de dispensatione eius.

Quantur aũt in ꝑdicto libello circa indulgentias: quattuor regule. Prima est q̃ indulgẽtie que coĩter fiunt per ſras patẽtes: nõ se extendũt ad pñias helemosinaꝝ nisi de eis exꝑsse fiat mentio. qz cũ huiusmodi indulgentie sint exercti iuris: sic ꝓut ita cent intelligi debent. Scõa rla est q̃ ꝓ huiusmodi indulgentias pñie comutãtur in aliqua leniora nõ relaxãtur in toto ꝛ c̃. Tercia rla q̃ huiusmodi indulgẽtie nõ ꝓsunt aliis: ꝗz his qui remittẽtibus subsunt. qz nemo a non suo iudice absolui põt. vt ait alexan. papa tercius. in .c. q̃ aũt de peni. et remiſ. Quarta rla est. q̃ coĩter iste indulgentie nõ ꝯcedũtur: nisi vere penitẽtib⁹ ꝛ confessis. dicit tñ q̃ exũtibus in peccato mortali pñt fieri indulgentie seu remitti pñie sub ꝯditione. ꝛ etiam sine vlla ꝯditione. hec ibi. Pro euidentia istoꝝ ꝯsideraũdum q̃ ecclesia sancta in thesauro suo spũali: habet diuitias meritoꝝ ꝛ passionis xꝑi ꝛ gliose virginis marie ꝛ sc̃oꝝ apl̃oꝝ ꝛ martyrũ ꝛ oĩum sc̃oꝝ dei. viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ. ꝛ ꝓ utilitate ꝛ necessitate ecclesie: possunt expendi ꝛ impendi in suffragia eoꝝ qui fuiunt ecclie in sua necessitate. hec mr̃ hubertꝰ in. 4. sen. di. 20. Sup thesaurũ aũt istum: habet solus papa ptãtem plenariã. oĩs alĩ: limitatã. nam solus papa habet plenitudinem ptãtis. Alĩ vero vocati sunt in ꝑtem solicitudinis. ipe ergo solꝰ habet ptãtem vbiq; gñaliter. vt dicit petrꝰ de taran. ibidem. habet .n. papa plenitudinem pontificalis ptãtis: ãsi rex in regno. ideo ptãs faciendi indulgentias: plene residet ĩ papa. qz potest facere. ꝓut vult. causa tñ exãte legitima. hec. b. t. ibidez. Consideraũdum vlteriꝰ q̃ opus vniꝰ potest esse satis factoriuꝫ ꝓ alio: ad quez per intentiõem facientis refertur. Xꝑs aũt ꝓ ecclia sua: sanguinez suum fudit. ꝛ multa alia fecit ꝛ sustinuit. quoꝝ extimatio est infiniti valoris. ꝑꝛ dignitatez ꝑsone. Unde dr̃ sapiẽ. 7. q̃ infinitus est in illa thesaurꝰ hoĩbus. Similr̃ aũt ꝛ oĩs alĩ sancti intentiõem habuerũt in his que passi sunt ꝛ fecerũt ꝓꝛ deũ: vt hoc esset ad vtilitatem nõ solum sui: ꝛ etiã totius ecclie. totus ergo iste thesaurus est in dispensatõe eius qui ꝑest ecclie generalĩ. Vñ petro dñs claues regni celoruꝫ comisit. mat. 16. qñ ergo vtilitas vel necessitas ecclie hoc exposcit: põt ille qui ꝑest ecclesie de ista infinitate thesauri coĩcare alicui q̃ per caritatem sit mẽbruꝫ ecclesie de ꝑdicto thesauro ꝗntuꝫ sibi visum fuerit oꝑportunũ: vel viq; ad totalem remissiõem penaꝝ. vel usq; ad aliquã certam ꝗntitatez. Ista .s. q̃ passio xꝑi ꝛ alioꝝ sc̃oꝝ ei imputetur. ac si ipe passus fuisset: ꝗntũ sufficeret ad remissiõem sui pcti. sic ꝯtingit cũ vnꝰ ꝓ alio satisfacit. Ad hoc tñ q̃ indulgentie alicui valeãt tria req̃runtur. Primo causa ꝓtinens ad honorem dei. vel ad necessitatẽ. vel vtilitatez ecclesie. Scõo auctoritas in eo qui facit. papa vero põt principalr̃. alĩ vero inq̃ntum ptãtem ab eo accipiũt. vel ordinariã. vel comissaꝫ. seu delegatam. Tercio requiritur vt sit in statu caritatis ille qui indulgẽtiam accipere vult. ꝛ hec tria deſigantur in littera papali. hec. b. t. Z. quoꝝbz. q. vlti. Declaratiões ergo ꝛ indulgentie sunt de meritis superogationis mẽbroꝝ xꝑi. ꝛ marie: de superogatõibꝰ meritoꝝ xꝑi. qui sunt thesaurꝰ spũalis ecclesie Hunc aũt thesaurũ: nõ est oĩum dispensare: ſz tñ eoꝝ qui vicem xꝑi gerũt. i. epoꝝ. ꝛ hoc: qz ecclesia hunc thesaurũ habet ex despensatione sui cũ xꝑo qui est vir eius ꝛ sponsus. cui ipa generat filios ꝛ filias. i. ꝓfectos ꝛ imꝑfectos. ad quoꝝ educatõem xꝑs vult hec bona seruari. ꝛ qñ in lege cautũ est q̃ qui suscepit ꝓlem fratris sui: vt suscitz fratri suo defuncto semen: ꝺz succedere in bonis q̃ ꝓtinẽt ad filioꝝ educationem. sm q̃ inuitur. ruth. 4. illis solis ꝺ petit ille thesaurꝰ dispensamꝰ: qui sunt sponsi ecclie .s. epi. ꝛ inter hos ꝑcipue sũmo pontifici. qui

est totius vniuersalis ecclie spōsus ⁊ rector. vñ oēs sunt eius filij ⁊ ipe est pr̄ oīum. vñ hoc nō dicendum laicis. nec sacerdotib⁹. nec platis in feriorib⁹. Et sic̄ thesaurus regni q̄q; exponitur ad gliaz magnificētie regij honoris. hester .i. Simil̄ thesaur⁹ ecclie ad honorez xp̄i principis ecclie. qui honorat̄ur in scis suis. Sc̄i aūt honorāt̄ur in structóne basilicaꝝ et visitatióe liminuz eorūdem ⁊ in comemoratōe virtutuz ip̄oꝝ. que fit in p̄dicatónib⁹. Item p necessitate reipublice. vt q̄q; exponitur thesaurus militib⁹. p coītate defendēda. simil̄ coīs necessitas ecclie est defensio t̄re sc̄e. tuitio fidei. multiplicatio ⁊ promotio studij ⁊ huiusmodi. q̄ valent ad p̄motiōem cultus dei. vñ p talibus cō petit: q̄ fiant indulgentie. hec alexan. in. 4. et bonauē. in. 4. sen. di. 20. Et ista est sūa oīum theologoꝝ. Vñ patet q̄ ecclia habet thesaurū infinituz. s. merita xp̄i et bt̄e virginis ⁊ oīum sc̄oꝝ. qui superogauerūt ⁊ meruerunt plusq; debitores essent. p satisfactōe sua. et oīa hec merita tam xp̄i ⁊ passionis sue: q̄z merita supergatónis oīum sanctoꝝ: sunt in thesauro ecclie seruata. cū ap̄s deū nichil boni peat. ⁊ summus pontifex qui gerit vicem xp̄i ⁊ habet plenitudinez p̄tatis in eccla: habet plenariaz potestatez in dispensatōe thesauri ecclie. ideo pōt remissiōes ⁊ indulgētias facere cū viderit expedire ad dei honorez ⁊ ecclie vtilitatez. Et sciendū q̄ in valore indulgētiaꝝ est triplex cā. Vna ex pte xp̄i qui voluit ecclaz in spōsam suaz nobili thesauro. de quo ista sumūtur. Primuz q̄dem est meritū ⁊ satisfactio xp̄i que est infinitus thesaur⁹ ad mutuādum gratis pctōribus vñ satisfaciāt. Sc̄da causa ē merita sanctoꝝ. pene. penalitates eoꝝ qui multa supergauerūt q̄z meruerūt pctā eoꝝ. Tercia causa est ex pte ecclie. aliq̄d. s. pium opus spūale. vel tp̄orale. ⁊ hz nō fit iusta causa dande indulgentie: ⁊ peccet dicēdo q̄si dilapidator: tñ valeret ei qui dixit hoc impleret. vñ si papa pro pr̄io motu absolueret morientez ab oīi pena p modum indulgētie ⁊ ille pie crederet: anolaret si nullam culpā haberet. etiaz si papa iustā causam nō haberet. hz si papa sacrilegaliter fine rigna pēna absolueret: ille īmunis nō essz. q̄z nō est pape debitum deo quitare. hz ip̄ius est: sibi a deo traditū aliis dispensare: sm illud dispensatio michi tradita est. Confiderāduz. q̄ q̄z sc̄i nō solū p se sz etiam p corpore xp̄i q̄d est ecclia tota agere bona ⁊ pati mala voluerūt: sic paulus dicit oīa sustineo p̄pter electos. vt ip̄i salutem cōseqūntur. hz ei fit remuneratuz nichilominus p nob potest esse satisfactoriuz. vñ op⁹ bonum tp̄orale scōm pōt duplex cōsiderari. Vno modo inq̄ntuz est meritoriū et sic nō trāsgreditur psonaz: nisi solū meritū xp̄i qui sibi ⁊ aliis meruit. Ceteroꝝ vero meritū: solu. potest. et sic null⁹ alius a xp̄o plus meruit. q̄z acceperit. vel receptur⁹ fit in ieiūo. Sc̄o modo. put est satisfactoriuz. ⁊ sic multi plus satisfecerūt q̄z debuerunt. Item hz homo nō possit bonū p alio facere quin mereatur: sic tñ pōt p alio soluere q̄ nō liberat se: hz illū soluz. vñ satisfactio quā homo p alio facit: sibi q̄dem est meritoria et nō illi. hz illi est liberatoria ⁊ nō sibi. q̄z igitur sci plus sustinuerūt: hoc aūt nō solū animo meruerunt: hz satisfaciendi. p se q̄dem primo. deinde p oīibus indigētib⁹ scōm ordinem ecclesie: ideo illis primo dedit satisfactōem sm equalitatem culpe ⁊ pene. hz reliquū q̄ nichil potuit liberare de obligatōe totalit̄ soluta. vel potuz fuit: q̄ nō est dicendū. vel refuatur nobis indigentib⁹. Sic̄ .n. si hō soluat cōi debitori plusq; debeat dicens: q̄ si totū a se nō debetur: cedat insolutū refluuz. p socio sic acq̄rat eum. sic in ꝓposito. Jn hoc ergo conueniunt sci cum xp̄o. in his que fuerūt superogatónis q̄ aliq̄d ponunt in thesauro ecclesie sic̄ xp̄s. hz in hoc discōueniunt. q̄z tota satisfactio xp̄i cessit in thesaurū. p ceteris ⁊ nichil. p se. q̄z null⁹ debitor fuit. Alij aūt sci nō. Bt̄a aūt virgo medio modo se habz. q̄z ō suis penalitatib⁹ illō solū. p ea satisfec̄: q̄ erat pena pcti originalis. sic̄ mors nature. cui⁹ xp̄a debitrix fuit. relique aūt eius penalitates sponte assumpte: tote nob cedunt nō illi. q̄ nullius culpe actualis rea fuit. ⁊ idem est de martyrio innocentiuz ⁊ aliorū qui nec venialit̄ peccauerūt. xp̄s aūt nō solum. p oīibus meruit: sed p oīibus satisfecit. q̄z supposituꝝ agebat ⁊ pacificabatur. vñ nō solum actio merens: hz etiaz passio satisfaciens: infinita est. Non est ergo ex infficientia: q̄ passio xp̄i in sacris non soluit. hz ex dei ordinatōe: qui gratis remittit. qui in sacramētis maxime liberalis existit. hec oīa petrus de palude. in. 4. di. 20. Vnde paul⁹. i. colo. testatur se implere ea que desunt passiōi xp̄i in suo corpore ⁊ c̄. Q̄ exponēs. b. t. in postilla sic dicit. Hec verba prauuz possent habere intellectum. s. q̄ xp̄i passio nō esset sufficiēs ad redēptionez: hz addite sunt passiones sc̄oꝝ ad complendum. sed hoc est hereticum. q̄z sanguis xp̄i est sufficiens ad redēptionez etiaz multoꝝ mūdoꝝ. prima. ioh. 1. ipe est propiciatio ⁊ c̄. Sed

